Ῥύτωρ, *ορος*, (ὁ), *ſervator*, *cuſtos*, *liberator*. Ῥύτωρ, idem atque *ῥυτήρ*. At apud Aratum, *καὶ ῥύτορα τόξυ*, pro Sidere, quod *ſagittipotens*, *& arcitenens* a Cic. vertitur.

Ῥύω, *traho*. Iliad. δ. v. 506. & item *libero*, *tueor*. Iliad. μ. v. 8.

Ἐντὸς ἔχον ῥύοιτο . .
Intus continens tueretur . .

Ῥωγάλεος, *ῦ*, (ὁ), *fractus*, quaſi *ῥαγάλεος*, *rimoſus*, *lacer*. Hom. unde *εἵματα ῥωγαλέα*, *veſtimenta lacera & rimoſa*. Odyſſ. ξ. & Iliad. β. v. 417.

Ῥώμυλος, *ῦ*, [ὁ], Romulus, Martis & Iliæ filius, frater Remi, primus rex Romanorum. Cujus & Remi fratris hiſtoriam vide apud Servium enarrantem illud Virgilii lib. 1. Æneidos:

. . *donec regina ſacerdos*
Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.

Ῥωμυλίδαι, [οἱ], *Romulidæ*, dicti ſunt Romani a Romulo. Perſius Satyra 1.

. . *ecce inter pocula quærunt*
Romulidæ ſaturi quid dia poemata narrent.

Σ

ΣΑΒΆΖΕΙΝ, *bacchari*, *tripudiare*, more Bacchantium ovare.

Σαβάζιος, ου, (ὁ), Bacchus, ab ejuſmodi Sabaſmis & furioſis ſaltationibus: nam Barbari, præſertim Thraces, σαβάζειν pro εὐάζειν utuntur. Ariſtoph. in Veſpis:

Τὸν αὐτὸν ἀρ᾽ ἐμοὶ βουκολεῖς σαβάζιον.

Ipſum mihi mitigas Sabazium, h. e. Bacchum. Hinc Thraces σαβοὺς, ſuos Sacerdotes vocant.

Σάββατον, ου, (τὸ), *Sabbatum*, ideſt, *requies*. Hebræa vox eſt, qua ſignificatur *quies*, *ceſſatio*: nam eo die, nempe ſeptimo cujuſque hebdomadæ, Iudæis fas non erat quicquam agere. Plutarchus innuere videtur σάββατον dici a σαβάζειν, quod eo die Iudæi ſe invitare ſoliti eſſent. Sed inſipientis ſit, inquit Voſſius, a Plutarcho Hebrææ vocis originem expetere.

Σαβοῖ, debacchantis acclamatio atque compellatio. Utitur Demoſthen. contra Æſchin. Nam probris inſectatur Æſchinem, ut qui matrem comitari ſolitus fuerit, atque una cum ea ſacra colente clamare, εὐοῖ σαβοῖ. Strabo lib. 10.

Σάγαρις, εως, [ἡ], gladius Perſicus, bipennis, aut enſis; quo utebantur Amazones. Σάγαρις λυσιφλεβὴς, *phlebotomum quo venæ ſecantur*.

Σαγήνη, ης, (ἡ), *ſagena* Manilio lib. 5.

Excipitur vaſta circumvallata ſagena. Aliis *naſſa*: *verriculum*, aut *everriculum*: a verrenda aqua, vel mari, *rete piſcatorium*. Proprie tamen ſinus retis, in quem capti piſces deveniunt.

Σαγηνοβόλος, ου, [ὁ], *piſcator*, proprie, *qui ſagenam jacit*.

Σάκαι, [οἱ], *Sacæ*, Scythiæ gens ad Iaxartæ fontes. Dionyſ. Perieg. v. 749.

Τόξα Σάκαι φορέοντες . .

Arcus Sacæ ferentes . .

Σακῖται, (οἱ), *agni ſubrumi*, *qui intra ſepta adhuc cohibentur*, pro σηκῖται. Theocr. Idyll. α. v. 10.

Ἄρνα τὺ σακίταν λαψῇ γέρας . .

Agnum tu pinguem accipies donum . .

Σάκος, εος, [τὸ], *ſcutum*, priorem ſyllabam communem habet apud Heſiod. ut corripitur

. . χερσίγε μὴν σακὸς εἷλε.

. . *manibus quidem ſcutum cepit*. Producitur vero alibi:

. . διὰ δὲ μέγα σάκος ἄραξε.

. . *magnum vero diſcidit ſcutum*. Apud Homer. vero ſemper corripitur, ut Iliad. γ. v. 335. & Iliad. ε. v. 126.

Σαλαμὶς, & ῖν, ῖνος, *Salamis*, & *Salamin*, Inſula in mari Euboico contra Athenas ſita, in qua urbs eſt ejuſdem nominis, ubi Telamon Ajacis & Teucri pater regnavit. Item Σαλαμὶς dicta eſt Elegia, quam Solon ſcripſit recuperandæ Salaminis gratia. Plutarch. in Solone.

Σαλαμινία, ας, (ἡ), navis publica vocabatur apud Athenienſes, qua evocati ad judicium ſubvehebantur. In hac qui erant, rei nauticæ peritiſſimi habebantur.

Σαλλεντῖνοὶ, [οἱ], populi Italiæ, in Meſſapia, nunc prov. Hydruntina, inter Apenninum M. & Sinum Tarentinum. De his vide lis, quæ doctiſſime adnotavit Cl. Mazoch. Collectan. IX. pag. 538. num. 98.

Σαμαρῖτης, ου, (ὁ), *Samarita*. Iuvenc. lib. 2. in Iohann. v. 324.

Ecce Samaritum populi venere rogantes.

Σάμη, ης, (ἡ), *Same*, Inſula ante ſinum Ambracium, quæ & *Samos*, & *Cephalenia* dicitur non procul ab Ithaca, ſi Ovidio credimus I. Triſt. Eleg. 3. v. 67.

Σάμος, ου, [ἡ], *Samus*, vel *Samos*, inſula in mari Icario, modica, ſed ortu Iunonis, Pythagoræ philoſophi, & unius ex Sybillis, quæ exinde *Samia* dicta fuit, clariſſima. Unde Virgil. 1. Æneidos:

Poſthabita coluiſſe Samo . . Et Dionyſ. Perieg. v. 524.

Σανδαράκη, & σανδαράχη, ης, [ἡ], *coloris rubri genus*. De hac vide plura apud Plin. lib. 34. cap. 18. & Vitruvium lib. 7. cap. 12.

Σαμψυχίζω, *ſampſuchi odorem reddo*, *ſum odore amaraci*.

Σάμψυχον, ου, [τὸ], *ſampſuchum*, genus herbæ, quam & *amaracum* vocant. Dioſc. lib. 3. cap. 47. & Nic. in Theriac. v. 616.

Σάρ-

Σάνδυξ, υκος, (ἡ), eſt ceruſſa uſta, quam & Sandaracam vocavit Vitruvius, a coloris rubri & ardentis ſimilitudine. Ejus quantitas in obliquis communis eſſe videtur. Gratius in Cyneg. v. 86.

Interdum Libyco fucantur Sandice pinnæ. Ubi & generis maſculini eſt, quod notatu dignum eſt. Propertius vero lib. 2. Eleg. 25. penult. produxit:

Illaque plebejo, vel ſit Sandycis amictu.

Σᾰνὶς, ἴδος, (ἡ), *tabula*, *aſser*, *ſtipes*; *liber*. Eurip. in Alceſtide. Σανίδες, *valvæ* Homero. Item σανίδες, tabulæ, in quibus leges ſcribebantur apud Æſchin. Præterea *Album*, in quo Athenis maleficorum crimina deſcribebantur.

Σᾰοσίμβροτος, ου, (ὁ), *ſervans homines*.

Σᾰπειρῖτης λίθος, h. e. σάπφειρος, *ſapphirus*. Interp. Apoll.

Σᾰρᾶπις, ιδος, [ἡ], & σέρᾶπις, *ſerpens*, Deus apud Ægyptios, qui apud Græcos *Pluto*, quem colunt qui Nilum inhabitant. Martial. lib. 9.

Heu quæ lingua ſilet? non illam mille cataſtæ
Vincebant; nec quæ turba Serapin amat. Mart. Capella auſus eſt corripere penultimam lib. 2.

Te Serapin Nilus, Memphis veneratur Oſirin.

Σᾰρων, ωνος, ὁ], *libidinoſus*, Heſych. Item *rete venatorium*. Item Σάρων deus nauticus, a quo Saronico mari nomen inditum, ut ſcribit Ariſtides in Themiſtocl. Pauſanias ſcribit Σάρωνα Æthiopiæ maritimæ regioni imperaſſe. Hinc & apud Græcos proverbium illud de hominibus arti nauticæ plurimum deditis, σάρωνος ναυτικώτερος.

Σᾰρωνὶς, ίδος, *ſinus Saronicus*, qui aliter *Megaricus*, & *Salaminiacus* dictus fuit teſte Strabone lib. 8. Plin. lib. 4. cap. 5. a *querno nemore* ita appellatum cenſet, *quo olim redimitus fuit, ita Græcia antiqua Quercum appellante*. Quod & confirmatur ab Heſychio, qui ſcribit quercus vetuſtas & cavas Græcis Σαρωνίδας vocatas, ſcil. παρὰ τὸ σεσαρέναι, quod *biare* ſignificat. Dionyſ. Perieg. v. 422.

. . τὸν μέν τε Σαρωνίδα κικλήσκουσι.

Σᾰτῖνον, [τὸ], &

Σᾰτίνη, ης, (ἡ), *plauſtrum*, *vehiculum*. Hom. hymn. in Mart.

Ποιῆσαι σατίνας, καὶ ἅρματα ποικίλα . .
Feciſſe plauſtra, & currus multiplices . .

Σαυνῖται, [οἱ], *Samnites*, populi in Samnio, quod nunc Aprutium vocamus. *Samnites* (inquit Feſtus) ab haſtis appellati ſunt, quas Græci *σαυνία* nuncupant: has enim ferre aſſueti erant. Dionyſ. Perieg. v. 375.

Σαυνῖται δ' ἐπὶ τοῖσι μέσην χθόνα ναιετάουσι.

Samnites vero poſt hos mediterraneam terram occupant.

Σεισοπυγίς, ίδος, [ἡ], avicula, quæ aſſidue caudam quatit: quidam *motacillam* vocant. Appellatur & *σείσουρα*.

Σεληνίτης λίθος, *ſelenites lapis*, quem aliqui *aphroſelenon* appellarunt, quoniam noctu plenus creſcente luna reperiatur. Marcell. Latinos ait vocare *Lunarem*.

Σεληνῖται, [οἱ], *gens Arcadiæ*, Comment. Ariſtoph. *νεφ.*

Σελιγνίτης ἄρτος, *ſiligineus panis*.

Σέλινον, ου, (τὸ), *apium paluſtre*. Iliad. β. v. 283.

. . ἐλεόθρεπτόν τε σέλινον.

. . *paluſtre apium ſeu in paluſtri loco proveniens*. Eraſm. in proverbiis: *σελίνου δεῖσθαι*, *apio egere*, de iis, qui in morbo periclitantur. Apium enim apprime utile ægrotis exiſtimatur. Corripitur vero apud Opp. Κυνηγ. δ. v. 260.

Πρύμναν δ' ἀραιὴ σέλινος καὶ κισσὸς ἔρεπτον.

Puppim vero venuſtum apium & hedera implicabant.

Quo in loco & illud notandum feminino genere adhiberi.

Σελινίτης οἶνος, *ſelinetes vinum*, h. e. ex apio confectum, Dioſc. lib. 5. cap. 66.

Σελινοειδής, έος, [ὁ καὶ ἡ], *apium imitans*.

Σεμίραμις, ιδος, *Semiramis*, Regina Aſſyriorum, uxor Nini. De qua vide Iuſtin. lib. 36. cap. 2. Theocr. Idyll. ιε. v. 100.

. . ὅπῃ πλατὺ τεῖχος

Ἀσφάλτῳ δήσασα Σεμίραμις ἐμβασίλευεν.

. . *ubi latum murum*

Bitumine ligans Semiramis regnabat.

Σεμίραμις, *columba ſylveſtris*, *palumbes*.

Σεμνομυθέω, *ſcite fabulam narro*. Eurip. in Hippolyto.

Σεμνύνομαι, *graviter me habeo*, *ad gravitatem me compono*.

Σεμνύνω, *commendo*, *extollo*.

Σέριφος, (ου), inſula maris Ægæi, una Cycladum. Nonn. μζ. v. 553.

Καὶ κατὰ πικρὸν ἄνακτα πολυκλύστοιο Σερίφου.

Et juxta acerbum regem undoſæ Seriphi.

Σερίφιος, ὁ, (ὁ), ad Seriphum inſulam ſpectans. Hinc βάτραχος Σερίφιος, *Seriphia rana*, Græcum proverbium in hominem mutum, vel taciturnum, vel canendi, dicendique imperitum. Nam in Seripho inſula ranæ non coaxant. Plin. lib. 8. cap. 58.

Σερίφος, Suid. γραῦς ἐν παρθενίᾳ γεγηρακυῖα, *anus, quæ in virginitate conſenuit*. Sumpta metaphora a ſylveſtri locuſta, quam vocant γραῦν σερίφον καὶ μάντιν.

Σηκῖται, [οἱ], idem atque σακῖται, *agni ſubrumi*. Theocr.

Σῖγα, adverbial. *tacite, quiete*. Apollon. 2. Argon. σῖγα δ' ἄπωθεν . . ἑστηκὼς . . *tacite eminus ſtans*.

Σῖγα, *tace*. Odyſſ. ξ. σίγα νῦν, *tace modo*.

Σιγαλέος, ὁ, (ὁ), *tacitus*. lib. 3. Epigr. κεῖται σιγαλέη.

Σιγαλφοὶ, (οἱ), *mutæ & agreſtes cicadæ*, Heſych.

Σιγάζω, *tacere facio*, quod proprium erat *Silentiariorum*, cum ſilentium illa ſollemni formula indicebant: ἐπίσχεσθε τὰς γλώσσας, vel εὐφημεῖ, aut εὐφημία ἔστω: cui reſpondet: *Hoc age: favete linguis: paſcito linguam: & bona verba dicito*.

Σιγαλόεις, εντος, (ὁ), *ſplendidus, ob pulcritudinem admirationem, & ſilentium inducens*, epitheton frenorum. Iliad. ε. v. 226.

Ἀλλ' ἄγε, νῦν μάστιγα καὶ ἡνία σιγαλόεντα
Δέξαι . .
Verum age, nunc ſcuticam & habenas mirifico artificio Factas accipe . . Et Odyſſ. λ. ῥήγεα σιγαλόεντα, h. e. ſtragula ita præclare elaborata, ut cum ſilentio ſpectari debeant. Et Odyſſ. ο. χιτῶν σιγαλόεις, *tunica elegans*.

Σιγάω, *ſileo, conticeſco*. Euripid. in Hecuba:

Σιγᾶτ' Ἀχαιοὶ, σῖγα πᾶς ἔστω λεώς.
Silete Achivi, tacite eſto omnis populus.

Σίγειον, ὁ, [τὸ], *Sigeum*, urbs, vel promont. Troadis. Smyrn. η. v. 561.

. . πόδας δ' ἐπέθηκε κολώνῃ
Σιγείῳ . .
Pedes impoſuit colli Sigei.

Σίγειος, ὁ, (ὁ), *Sigeus*, adject.

Σιγήϊος, *Sigeïus*, ut *tellus Sigeïa* apud Ovid. epiſt. 1.

Σιγιάς, άδος, [ἡ], *Sigeum Promont*. Smyrn. η. v. 401.

Χρῦσά τε καὶ Σμίνθιον ἕδος, καὶ Σιγιὰς ἄκρα.
Chryſaque, & Sminthium delubrum, & Sigeum Promont.

Σιγέρπης, ου, (ὁ), *clam adrepens*.

Σιγὴ, ῆς, [ἡ], *ſilentium*. Eurip. in Aiace : γυναιξί κόσμον φέρει ἡ σιγή: *mulieri decus addit ſilentium*.

Σιγῇ, *tacite*, *ſubmiſſa voce*. Odyſſ. ο. σιγῇ νῦν ξυνίει, *ſilentio nunc audi*. Et Iliad. γ. v. 8.

Σιγηθὲν, *quod ſilentio retentum eſt*.

Σιγηλὸς, vel σιγηρὸς, *taciturnus*, in Epigr.

Σιγῆν, Dorice, pro σιγᾷν, *tacere*.

Σιγύνη, ης, (ἡ), *jaculum*. Opp. Κυνηγ. α. v. 152.

Αιχμὴν τριγλώχινα, σιγύνην ὠμυκάρηνον.

Cuſpidem triſulcam, *jaculum lati capitis*.

Σίδη, ης, (ἡ), *Punica arbor*. Nicand. item *malum Punicum*. Nicand. in Alexipharm. v. 871.

Βρύχοι δ' ἄλλοτε καρπὸν ἅλις φοινώδεα σίδης.

Comedat viciſſim multum fructus Punici mali.

Σίδιον, καὶ τὰ σίδια, *mali Punici cortex*, ſive *putamen*, ideſt *malicorium* Plin. quod σιδόεν κάλυμμα dixit idem Nicand. in Alexipharm.

Σίδη, *Sida*, urbs Pamphyliæ. Lege Ptolem. & Strabon. Et de Sida Bœotiæ, Athen. lib. 14.

Σιδηρῖτις, (ἡ), *Sideritis*, herba foliis marrubii. Dicta eſt *Sideritis*, quoniam glutinandis vulneribus apta præcipuum in bello haberet uſum. Dioſc. lib. 4. cap. 33.

Σιδηρῖτις, terra ubi foditur ferrum, & lapis incredibilis virtutis, quem *Magnetem* Latini, & *Heraclium* nominant.

Σιδὼν, ῶνος, (ἡ), *Sidon*, urbs Phœniciæ. Dionyſ. Perieg. v. 912.

Σιδονίηθεν, *ab urbe Sidonia*.

Σιθονία, ας, (ἡ), *Sithonia*, regio litoralis Macedoniæ, verſus Thermopontum teſte Herod. lib. 7. in qua mons eſt *Sithon* nivoſus. Virgil. 10. Ecloga. Hoc etiam nomine dicta fuit Thracia, ut inquit Gellius lib. 10.

Σιθονὶς, ίδος, *Sithonis*, Patronymicum fem. gen. pro poſſeſſivo. Ovid. epiſt. 2.

Nec vehit Actæas Sithonis unda rates.

Σικανία, ας, (ἡ), *Sicilia*, quod Hiſpani a Sicano, vel Sicare Hiſpaniæ fluvio profecti ipſam inhabitaverunt. Odyſſ. ω. v. 306.

Πλάγξ' ἀπὸ Σικανίης δεῦρ' ἐλθέμεν οὐκ ἐθέλοντα.

Errare fecit a Sicania, ita ut huc venirem nolens.

Σικελὸς, οῦ, (ὁ), *Siculus*. Theocr. Idyll. η. v. 56.

Σύννομα μᾶλ' ἐσορῶν τὰν Σικελὰν ἐς ἅλα.

Simul paſcentes oves inſpiciens Siculum in mare.

Σικελὸς, ῦ, (ὁ), *Sicilienſis*. Sed non unum idemque ſunt, Σικελοὶ, & Σικελιῶται. Nam primi erant veteres Siciliæ populi; alteri vero Græci Sicilienſes. Vide Cl. Mazoch. pag. 15. Prodromi ad Tabul. Heracl. num. 16.

Σικελικὸς, ῦ, (ὁ), *Siculus*, ut Σικελικὸς βίος, *Siculus vivendi mos*. Plato epiſt. 7. pro *ſoluto*, *& diffluenti*: cui Δωρικὸς opponitur. Hinc Δωριστὶ ζῆν, eſt *ſobrie vivere*. Eſt & apud Suid. Σικελικὴ τράπεζα, *Sicula menſa*, quod dicitur de lautis admodum & voluptuariis. *Siculæ dapes* apud Horatium pro exquiſitiſſimis.

Σίληνοι, [οἱ], *Sileni*, comites Bacchi, & Bacchus ipſe. Hom. εἰς Ἀφροδίτην v. 263.

Τοῖσι δὲ Σίληνοί τε καὶ εὔσκοπος Ἀργειφόντης.

Cum his autem Silenique & bonus explorator Argicida.

Σιληνὸς, ῦ, [ὁ], *Silenus*, Bacchi nutricius & pædagogus, ſemper aſino vehi ſolitus, quem Aratus in gratiam alumni inter ſidera translatum dicit.

Σιμὸς, ῦ, [ὁ], *ſimus*, *preſſis naribus*. Theocrit. Idyll. η. v. 50.

. . *ὦ βάθος ὕλης*

Μυρίον, ὦ σιμαὶ δεῦτ' ἐφ' ὕδωρ ἔριφοι.

. . *o altitudo ſylvæ*

Immenſa, o ſimi huc venite ad aquam hædi.

Σιμόω, *ſimum reddo*.

Σινάμωρος, ῦ, (ὁ), *nocuus*, qui ad id natus eſt, ut alios lædat, & detrimento afficiat.

Σίνηπι, εως, (τὸ), *ſinapi*. Nic. in Alexipharm.

Σίνομαι, *noceo*, *lædo*. Iliad. ω. v. 45.

. . *ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι.*

. . *viros valde lædit*, *atque juvat*.

Σίνος, εος, (τὸ), *damnum*, *clades*. Nic. in Theriac.

Σίνω, *noceo*, *lædo*.

Σινωπίτης ζεὺς, *Iupiter Sinopita*, nimirum Serapis, cujus imaginem e Sinope Pontica urbe a Ptolemæo, primo ejus nominis rege, viſo nocturno monito, Alexandriam advectam pluribus refert Tacitus lib. 4. hiſt. Dionyſ. Perieg. v. 255.

Ἔνθα Σινωπίται Διὸς μεγάλοιο μέλαθρον.

Ubi Sinopitæ Iovis magni templum. Hoc templum Σαράπιον a Strabone vocatur, quod miris laudibus ab Ammiano Marcell. celebrari notat Caſaubonus in Strab.

Σινωπίζειν, *laſcivire*: a Sinope ſcorto quopiam nobili, celebrataque laſciviæ; vel certe a Sinopenſium moribus tractum.

Σιὸς,

Σιὸς, ῦ, (ὁ), *Deus*, lingua Æolica : unde Sibylla dicta; & Σιὼ, *Dii* Lacedæmoniis, gemini Caſtor & Pollux : unde νὴ τὼ Σιὼ, *per geminos*.

Σῖρὶς, ἰδος, (ἡ), nomen urbis in Libya. Nonn. ιγ. v. 163.

> Καὶ Στύγα, καὶ Κοτυλαῖον ἕδος, καὶ Σιρίδος ἕδρην.
>
> *Et Stygem, & Cotylæum ſolum, & Siridis ſedem.*

Item nomen urbis, & fluvii in Magna Græcia, a qua ejus incolæ dicti fuere *Siritæ*, Σιρῖται. Vide Cl. Mazoch. in Tabul. Heracl. pag. 33.

Σῖρὴν, ῆνος, (ἡ), *Siren*. Sirenes autem, uti eſt in fabulis, monſtra marina fuerunt, Acheloi fluvii, & Calliopes Nymphæ filiæ tres, ideſt, Parthenope, Ligea, & Leucoſia. Has neque a σειρὰ, *catena*, neque a σύρω, *traho*; ſed a *shir*, quod Hebraice, & in cognatis dialectis eſt *canticum*, & ad quaslibet cantiones, celebritates atque feſtivitates pertinet, derivat ὁ πολύγλωσσος Mazoch. Diatriba 2. de Heraclea & vicinia cap. 3. ſect. II.

Σῖρος, ου, (ὁ), *Sirus*, nimirum ſpelunca ſubterranea condendo aſſervandoque frumento accommodata. Vide Varronem lib. 1. de re ruſt. cap. 57. & Columell. lib. 1. De hodiernis Apuliæ *Siris* cum veteribus comparatis, qui quidem Varronianis temporibus recentiores ſunt; ſed & iidem antiqui, cum ad veterum præcepta conſtructos eſſe conſtet, vide Cl. Mazoch. Tom. I. Spicilegii Biblici pag. 142.

Σῖσαμὶς, ἰδος, (ἡ), & σησαμὶς, *ſeſamum*. Homerus.

Σισαμῖτης ἄρτος, *panis ex ſeſamo factus*, Athen.

Σίσυφος, ου, (ὁ), *Siſyphus*, filius Æoli. Iliad. ζ.

> Ἔνθα δὲ Σίσυφος ἔσκεν, ὃ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν,
>
> Σίσυφος Αἰολίδης . .
>
> *Hic autem Siſyphus fuit, qui prudentiſſimus exſtitit virorum,*
>
> *Siſyphus Æolides* . .

Σισυφὶς αἶα, vel Σισυφὶη γαῖα, ideſt, ubi Siſyphus regnavit, regio Corinthia.

Σῖτος, ου, [ὁ], *frumentum*: σῖτον vero *panis*, & *cibus* in genere: nam Grammatici docent, σῖτον pro *frumento* maſculinum eſſe, pro *cibo*, neutrum. Iliad. ε. v. 341.

> Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον.
>
> *Non enim panem edunt, neque bibunt nigrum vinum.*

Σῖτος, ου, (ὁ), annua penſitatio ad alimentum viduarum & pupillorum, quæ dabatur a curatoribus bonorum, vel a viris uxoribus repudiatis : unde *σίτου δίκη* appellabatur *rei uxoriæ actio*. Demoſth.

Σιτοφάγος, ου, [ὁ], *qui frugibus veſcitur*. Odyſſ. ι. v. 191.

. . . *οὐδὲ ἐώκει*

Ανδρίγε σιτοφάγῳ.

Neque ſimilis homini, qui frugibus veſcitur.

Σιτάρχος, ου, [ὁ], *commeatui præfectus*.

Σιτέομαι, *edo*, *paſcor*. Theocr. Idyll. θ. v. 26.

Σιτεύω, *ſagino*.

Σιτευταὶ, [οἱ], *fartores* Varroni.

Σιτηρέσιον, ου, (τὸ), *frumenti diſtributio*, *frumentatio* Sveton. item annona civilis, teſſera frumentaria.

Σιτηρὸν ἀγγεῖον, *caniſtrum panarium*.

Σιτίζω, *nutrio*, *alo*. Theocr. Idyll. δ. v. 16.

Σιτοβόλον, ου, [τὸ], *granarium*, *borreum*.

Σιτοβολεῖον, ου, [τὸ], apud Menandrum illud ipſum eſt, quod Græci Sicilienſes, imo & Italienſes, præcipue Tarentini, & horum coloni Heracleenſes *ῥογὸν* appellarunt, *borreum* ſcilicet *frumentarium*. Vide Cl. Mazoch. in Tabul. Heracleenſ. pag. 209.

Σιταγέρτας, ου, [ὁ], vox in re frumentaria prorſus nova, quæque nonniſi Tabulis Heracleenſibus accepto eſt referenda. Reſpondet autem Σιτολόγοις, & Σιτώναις, nimirum *frumenti Curatoribus*, & *Frumentatoribus*. Mazoch. loc. cit.

Σιτοδοτεῖν, *frumentum dare*, *largiri*.

Σιτοδότης, ου, (ὁ), *frumenti largitor*, Menand.

Σιτοδόχος, ου, [ὁ], *frumentum capiens*, Budæus.

Σιτολογῶ, *frumentor*.

Σιτολόγοι, [οἱ], magiſtratus, qui exigunt annonam, & frumentum cogunt.

Σιτομέτραι, [οἱ], qui erogandæ annonæ publicæ munus habent, quique frumentum metiuntur. *Menſores frumenti* vocantur in Pandect.

Σιτομέτρειον, vel *σιτόμετρον*, ου, [τὸ], *demenſum*, quaſi *frumenti menſura*. Erat autem *σῖτος* id appellatum, quod ſingulis menſibus ſervi a dominis accipiebant, quaternos ſcilicet modios frumenti.

Σιτονόμος, ου, [ὁ], *cibum præbens*, Sophocl.

Σιτοποιὸς, οῦ, [ὁ], *piſtor*, ſive *coquus* : nam antiquitus hujus nominis ambitu, non modo panificium ; verum

etiam

etiam univerſum coquinæ miniſterium continebatur. Quidquid in menſam inferebatur, id fere totum partim panificii, partim coquinæ arte parabatur. Totum autem hoc ab Etruſcis, qui id ex Oriente imbiberunt, ſcilicet panificium rituale, atque etiam tota ars condimentaria, primum in Latium, ac deinde in totam, quam ipſi pervaſere, Italiam manavit. Hinc Feſtus: *Coquum*, & *piſtorem apud antiquos eumdem fuiſſe accipimus*. Atque hinc patet, haud mirabile videri, ſi quem Moſes *Opheb* h. e. *coquum* dixit, eum Interpretes alii *piſtorem* vocarint: ſomnium enim Ioſephi *in re piſtoria* verſabatur. Cl. Mazoch. tom. 1. Spicilegii Biblici pag. 131.

Σιτοφόρον, *ου* [*τὸ*], *caniſtrum panarium*.

Σιτοφόρος, *ου*, (*ὁ*), *frumentum ſubvectans*. Item *σιτοφόρος γῆ*, *ager frumentarius*.

Σιτοφυλακεῖον, *ου*, (*τὸ*), *cumera frumenti*, Horat.

Σιτοφύλακες, [*οἱ*], Athenis erant, qui frumento afferendo præerant; item ut juſto pretio venderetur, curam gerebant. Quod ipſum fiebat in farina & pane. Erant autem XX. ex quibus XV. in ipſa Civitate V. in Pyræo.

Σιτόχροος, *ου*, (*ὁ*), *flavus*, qualis eſt color frumenti. Opp. Κυνηγ. *α*. v. 434. loquens de coloribus canum:

Ἠ ὁπόσοι διήμιτρα πανείκελον εἶδος ἔχουσι
Σιτόχροοι . .
Aut qui frumenti geminum colorem habent
Flavi . .

Σιτών, *ῶνος*, [*ὁ*], *ager frumentarius*.

Σιτωνέω, *frumentum emo*.

Σιτώνη, *ης*, (*ἡ*), *res frumentaria*.

Σιτώνης, *ου*, (*ὁ*), *mercator frumentarius*, *frumentator publicus*.

Σιτωνία, *ας*, [*ἡ*], *curatio commeatus atque annonæ*, *frumentationis munus*.

Σίφων, *ωνος*, [*ὁ*], *ſiphon*, tubus & canalis, ut in ſalientibus, quo in preſſionibus protrudente ſpiritu humor emittitur. Latini *ſiphonem* dicunt, & *ſiphunculum*. Hinc Iuvenal. Sat. 6.

Effigiemque Deæ longis ſiphonibus implent.

Σίφων, translate ſumitur de Typhone & vortice. Item inſtrumentum quo utuntur in deplendis doliis cum vinum diffunditur, quod Latini *depleare* dicunt. Tandem lib. 7. epigr. ſumitur pro *culice*, ſive pro *verme ſimili formicæ*.

Σκαμ-

Σκαμμωνίτης οἶνος, vinum ex ſcammonia confectum, Dioſc. lib. 5. cap. 75.

Σκύθων, ωνος, nomen propr. viri, quem poetæ fabulantur pro ſuo arbitrio modo in feminam ſeſe commutaſſe, modo rurſus in virilem formam rediiſſe. Ovid. lib. 4. Metamorph.

Quid loquar, ut quondam naturæ jure novato,
Ambiguus fuerit, modo vir, modo femina Scython.

Σκίπων, ωνος, (ὁ), idem quod σκίμπων, *baculus*: unde σκιπαῖος, *qui baculo innititur*. Callimachus:

Εἶπεν, ὁ δὲ σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον, ἀείρας.
Dixit, & hic baculum, arma ſenilia, tollens.

Σκιρῖται, [οἱ], Sciritæ apud Lacedæmones, excubitores erant, qui obſervabant, ne quis noctu extra phalangem progrederetur. Præterea Sciritæ primi inibant pugnam. Philelph. in lib. de Rep. Lacedæmon.

Σκιρὸς, ȣ, (ὁ), Latinis eſt *cæmentum*, *marmoris fragmentum*, ſive *fruſtulum*, quod dum marmor ſcalpitur, excidit: ea fragmenta *aſſulas* vocat Vitruvius lib. 7. cap. 6. Inde Σκιρὸς pro ſcrupo ſumitur. Scruporum autem luſus, qui in *latruncularia tabella*, ut loquitur Seneca, exercetur, ſive in abaco latrunculorum, vocatur a Polluce Σκιραφία, luſorque σκιραφευτὴς. Hinc σκιράφιον, ſive σκιραφεῖον, *aleatorium* dixit Sidonius: & Svetonius, *forum aleatorium*, ut ludum.

Σκίρων, ωνος, [ὁ], *Sciron*, latro fuit, cujus oſſa cum in mare cecidiſſent, in ſcopulos converſa feruntur, quæ adhuc *Scironia ſaxa* vocantur. Ovid. 7. Metamorph.

Tutus ad Alcathoen Lelegeia mœnia limes
Compoſito Scirone patet . .

Σκληρύνομαι, *induresco*.

Σκληρύνω, *obduro*, *induro*.

Σκοτοδινιάω, *caligo*, *halucinor*, *vertiginem patior*.

Σκοτόδινος, ȣ, [ὁ], *tenebricoſa vertigo*.

Σκυβελίτης οἶνος, idem quod πρόχυμα, *vinum ſponte defluens*, *antequam premantur uvæ*.

Σκυλεύω, *ſpolio*, *prædor*.

Σκυλεύματα, [τὰ], *ſpolia*, Eurip. in Phœniſſis.

Σκυλοδέψης, ȣ, (ὁ), *coriarius*.

Σκῦλον, ȣ, (τὸ), *ſpolium*, *pannus lacer*, *pellis*, *exuviæ*, *mortuorum manubiæ*, *prædave ac ſpolia*; ſicut λάφυρα vivorum.

Σκυλοφόρος, ȣ, [ὁ], qui ſpolia, ſeu exuvias fert, qui ampla ſpolia refert. Poteſt etiam ſignificare eum, qui geſtat ſpolium feræ alicujus, ut leonis, urſi præſertim, ſi ei interfecto detraxerit.

Σκύλος, εος, [τὸ], prima brevi in Epigr. pro σκῦλον, & apud Nicand. in Alexiph.

Σκῦρος, ȣ, (ἡ), *Scyrus*, Inſula eſt contra Magneſiam, in mari Ægæo, una ex Cycladibus. Dicta autem eſt *Scyrus*, quia σκῦρος dicitur *ſalebra & aſperitas*, ut ait Euſtath. Dionyſ. Perieg. v. 521.

Σκυριάδες, (αἱ), *Scyriades*, mulieres ex Scyro inſula. Statius lib. 2. Achill.

Nec minus egreſſæ thalamis Scyriades ibant
Oſtentare choros . .

Σκυτάλη, ης, [ἡ], ut σκυτάλη λακωνική, genus erat furtivarum litterarum, quibus utebantur Lacones. Rationem & modum pulcre deſcribit Gellius lib. 17. cap. 9.

Σκυτοτόμος, ȣ, [ὁ], *coriarius*. Iliad. η. v. 221.

Σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος . .
Coriariorum longe præſtantiſſimus . . Et Nonn. 17. v. 67.

Σκυτοτόμȣ Τυχίοιο τανυκνήμιδα τιθήνην.
Coriarii Tychii extenſa tibialia habentem nutricem.

Σκυτεὺς, ἐος, (ὁ), *coriarius, cerdo, ſutor*.

Σκυτεύω, *ſum cerdo, artem coriariam exerceo*.

Σκῦτος, εος, (τὸ), *corium, pellis*: Et, ut inquit Petronius, omnis cutis eſt, quæ inter tendones colli patet. Quidam vero dicunt *occiput*, ſive *nervum cervicis*, alii *capitis cutem*, unde & *caput* quoque ſignificat, Etym.

Σκυτοφάγος, ȣ, [ὁ], *qui coriis veſcitur* apud Poll. lib. 6. cap. 7.

Σμασάμενος, ȣ, [ὁ], *tergens*. Th. σμάω. Callimachus:

Οἴσετε καὶ κτένα οἱ παγχρύσεον, ὡς ἀπὸ χαίταν
Πέξηται, λιπαρὸν σμασάμενα πλόκαμον.
Afferetis & pectinem totum aureum ut comam
Pectat, nitidum tergens capillum.

Σμῖλαξ, ακος, (ἡ), *taxus*, arbor feralis & venenata: folio eſt abietis: ligno parantur arcus. Nicander illam vocat σμῖλον.

Σμιλεύματα, [τὰ], *ramenta*, ſive *raſuræ*, *quiſquiliæ*, quæ ex corio ſcalpro coriarii exciſa excidunt. Quæ reciſione excidunt, *reciſamenta* dicit Plinius.

Σμι-

Σμίλη, ης, [ἡ], *cælum*, *ſcalpellum*, *culter ſutorius*, *ſcalper exciſorius coriariorum*, *ſcalprum*: Polluci *medicum ferrum*: item ſumitur pro cultello, quo pennæ ſcriptoriæ parantur, in Epigr.

Σμίλιον, ου, [τὸ], *ſcalpellum*.

Σμίνθιον, ου, [τὸ], delubrum Apollinis circa Chryſam in confinio Troadis, & Æolidis, Strabo lib. 13. Smyrn. *n.* v. 401.

Χρῦσά τε, καὶ Σμίνθιον ἕδος, καὶ Σιγιάς ἄκρα.
Chryſaque, *& Sminthium delubrum*, *& Sigeum Promont.*

Σμῖνυ, , ου, [τὸ], *ligo*, aut *aſcia*. Nic. in Theriac.

Σμινύδιον, ου, (τὸ), *dolabella*. Ariſtoph.

Σμῦλαξ, κος, (ἡ), *ſmylax*, arbor quæ & taxus dicitur.

Σμύραινα, *muræna piſcis*. Ariſtot. lib. 2. anim.

Σμύρις, *ſmyris*, lapis quo gemmas annularii externnt. Dioſc. lib. 5. cap. 166. Utuntur & vitriarii ad vitrum frangendum.

Σμυρίτης λίθος, *ſmyrites lapis*.

Σορίτης, ου, (ὁ), *ſorites*, ſyllogiſmi ſpecies, quaſi *acervalis*. Scribitur & σωρείτης.

Σμύχω, *cremo*, *comburo*. Iliad. χ. v. 411.

Ἴλιος ὀφρυόεσσα πυρὶ σμύχοιτο κατ' ἄκρης.
Ilios excelſa igni cremaretur a culmine. Et Apollon. Argon. lib. γ. v. 761.

Συρρεντῖνος οἶνος, *Surrentinum vinum*. Dioſc. lib. 5. cap. 13.

Σοφία, & σοφίη, ης, (ἡ), *ſapientia*. Penultima hujus vocis (licet naturâ brevis) famigerata Poetarum licentia producitur. Hinc Theocritus, ſive quis alius auctor, in Syringe:

σύριγξ ὄνομ' ἔχεις· ἄδει δέ σε μέτρα σοφίης.
Syrinx nomen habes: canunt vero te metra Sophiæ. Et Homer. Odyſſ. ψ.

Ὡς κακοεργίης εὐεργεσίη μέγ' ἀμείνων.
Ut beneficium melius eſt maleficio. Hic vero illud obſervandum eſt, non eſſe omnino reprehendendos, qui Latino in carmine idem ſibi permittunt, dum ſyllabam brevem inter duas longas ſitam producunt, ut fit in nomine *Andreas*, *Matthias*, & his ſimilibus, maxime propriis.

Σπάδιξ, ικος, [ἡ], genus muſici inſtrumenti. Item *puniceus color*: Gellius lib. 2. cap. 26. Et *rutilus* & *ſpadix*, *phœnicei* ſynonyma: qui factus Græce noſter eſt, exuberantiam, ſplendoremque ſignificat ruboris: quales ſunt

fructus palmæ arboris non admodum ſole incocti. Virgil. III. Georg. 21. de equorum coloribus:

Spadices, glaucique, color deterrimus albis.

Σπᾶθις, ἴδος, (ἡ), tudicula, qua Athletæ in gymnaſio ex lecytho oleum corpori ſolebant inungere cum inungebantur. Euthemius apud Poll.

Σπαθίτης, ε, [ὁ], ut σπαθίτης οἶνος, vinum ex palmulis, quæ & *dactyli*, & *caryotæ* dicuntur: *vinum palmeum*, quod capiti noxium ſcribit Plin. lib. 24. cap. 17. Nam palma Græcis καὶ φοῖνιξ, καὶ σπάθη dicitur Galen. auctore.

Σπιλάς, άδος, (ἡ), *ſaxum concavum in aqua*, aut *circa mare*, *petra*. Hom. Odyſſ. γ.

Σπιλόω, *maculo*, *contamino*.

Σπίλον, ε, (τὸ), *macula*.

Σπιλόομαι, *ſordeſco*, *maculor*, *inquinor*.

Σπῖλος, ε, (ὁ), *labes*, *nota*, *inquinamentum* Gell. *macula veſtis e vino*, *aut unguine*. Item *nævus*, *macula faciei*: tandem *pumex*, *ſcopulus*.

Σπίλωμα, τος, (ὁ), *macula*, *labes*, *nævus*: proprie notæ in veſtibus diſcolores. Item *locus ſalebroſus*, *ſaxum aſperum*.

Σπίνος, ε, [ὁ], paſſeris genus, Gaza lib. 3. Gramm.

Σπληνῖτις, ιδος, (ἡ), *lienis vena*, Ariſtot. lib. 3. Animal.

Σποδίτης, ε, (ὁ), ut σποδίτης ἄρτος, *panis ſubcinericius*, apud Athen. lib. 3. Th. σποδὸς, *cinis*.

Σταμῖνες, *tabulata navis*. Ariſtarch. dicit *recta ligna ſtaminis ſimilia*. Odyſſ. ε. *Statumina* vocat Cæſar. Alii *foros* expoſuerunt.

Στέμφυλον, & in Plurali τὰ ϛέμφυλα, uvarum *vinacei*, ſive *vinacea*: reliquiæ, omniaque retrimenta, quæ ſuperſunt poſt expreſſas uvas: Columella *briſam*; veteres *fæces* dixerunt teſte Gellio lib. 11. cap. 7. Item *fraces*, quæ vox & de uvarum reliquiis, retrimentiſque, & de olivarum ſimiliter effertur.

Στερνοτύπης, ε, (ὁ), *pectora tundens*, *& feriens*. Eurip. in Supplic.

Στεφανίτης, ε, (ὁ), *athleta coronatus*. Unde ϛεφανίτης ἀγὼν, certamen cujus victoriæ præmium *corona* proponebatur. Atque ita dicti fuere omnes ludi, quorum *corona* præmium fuit. In Olympiis corona erat ex *oleaſtro*: in Pythiis *laurea*: in Nemeæis ex *apio*: in Iſthmiis ex *pinu*.

Στη-

Στηλίτης, ου, [ὁ], *notatus infamia*. Item apud Demoſth. Orat. I. in Ariſtogitonem, *ærarius factus*, *relatus in tabulas Cæritum*, & *relatus inter ærarios*. Th. στήλη, *columna*.

Στῖα, ας, [ἡ], *lapis*, *calculus*. Apoll. Arg. β. v. 1176.

. . ἥτ' ἐκτὸς ἀνηρεφέος πέλε νηῦ
Στιάων . .
Quæ extra excelſum erat templum lapillis.

Στιάζω, *lapides jacio*.

Στίβη, ης, (ἡ), *frigus*, *conſtrictio*: proprie *matutinus ros*, *pruina*. Odyſſ. ρ. v. 25.

. . μή με δαμάσσῃ
Στίβη ὑπηοίη . .
. . *ne me lædat*
Frigus matutinum . . Item *aranea*, & *color metallicus niger*.

Στιβήεις, εντος, (ὁ), *frigidus*.

Στιβιάω, *frigeſco*.

Στιχαδίτης οἶνος, vinum, quod ex ſtichade conficitur. Dioſc. lib. 5.

Στῖχος, ου, (ὁ), *verſus*. Theocr. Idyll. κγ. v. 45.

Γράψον καὶ τόδε γράμμα, τό σοι στίχοισι χαράσσω.
Scribe & hanc inſcriptionem, quam tibi verſibus exarabo. Sed fere ſemper corripitur.

Στροφοδινέω, *in gyrum flecto*, *circumago*. Smyrn. ιγ. v. 7.

Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὀφθαλμοὶ στροφοδίνεον . .
Oculi vertigine corripiuntur . .

Στύμφαλος, ου, (ὁ καὶ ἡ), Arcadiæ civitas, & fons: licet Στυμφαλὶς corripiatur.

Στυπάζω, *ſtrepo*, *tono*, Heſych.

Στῦπος, εος, (ὁ), *tonitru*, *ſtipes*, *truncus*. Apoll. δ. Argon. & Nic. in Alexiph.

Στύφω, *aſtringo*. Nicand. in Alexiph.

Συβαρίτης, ου, (ὁ), *qui eſt ex Sybari*, *Sybarites*. Theocr. Idyll. ε. v. 1.

Αἶγες ἐμαὶ τῆνον τὸν ποιμένα τὸν Συβαρίταν
Φεύγετε τὸν Λάκωνα . .
Capræ meæ illum paſtorem Sybaritam fugite.

Συβαριτικὸς, οῦ, [ὁ], *mollis*, *voluptuoſus*. Unde συβαριτικὴ τράπεζα, *menſa nimio apparatu instructa*; eo quod Sybaritæ, gens fuit in architectura voluptatum operoſiſſima, teſte Suida. Συ-

Συβαρῖτιδες, *breves & compendioſæ fabulæ*, quo nomine Ovidius de Triſtib. ad Auguſt. vocat opus Hemitheonis cujusdam cinaedi, de generibus voluptatum, & obſcœnarum deliciarum.

Συβώσιον, ου, [τὸ], *paſcuum*, vel *grex porcorum*. Odyſſ. ξ. v. 101.

Τόσσα συῶν συβώσια, τόσ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν.

Tot *ſuum paſcua, tot ſtabula lata caprarum*. Licet alii ſcribant συβόσεια.

Συγγίνομαι, *ſimul exſiſto, ſimul naſcor: colloquor, convenio*. Ariſtoph. νεφ.

Συγγινώσκομαι, &

Συγγινώσκω, *ignoſco, veniam tribuo*. Ariſtoph.

Συγκατακλίνω, *una recumbere*, ſeu *accumbere facio*.

Συγκατακλίνομαι, *una accumbo*, aut *diſcumbo*. Ariſtoph.

Συγκινδυνεύω, *ſimul periclitor*.

Συγκινέω, *ſimul moveo, concito*.

Συγκλίνω, *ſimul accumbere facio*. Et Neutr. *accumbo*.

Συγκλίνομαι, *in toro ſimul cubo*.

Συγκρίνω, *comparo, confero, judico, diſcerno*, in Epigr. μή με τάφῳ σύγκρινε . . *ne me tumulo metiaris*.

Συγκυκάω, *commiſceo*. Ariſtoph. in Pluto.

Συγχρίω, *illino, ungo, perungo*.

Σύκη, ης, (ἡ), *ficus*, vel *mariſca: vitium in capite, ſuperciliis, & podice præcipue*. Odyſſ. η. v. 116.

Συκαῖ τε γλυκεραὶ, καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωντο.

Ficuſque dulces, & oleæ vireſcentes erant.

Συκάζω, *ficus lego*. Ariſtoph. in Avib.

Συκὰς, άδος, (ἡ), *recens ficus, ficus prima* Horatio.

Συκαστὴς, οῦ, (ὁ), *ſycophanta, delator, quadruplator*.

Σύκινος, ου, (ὁ), *ficulnus*, vel *ficulneus*. Theocr. Idyll. ι. v. 45.

Σφίγγετ' ἀμαλλοδέται τὰ δράγματα, μὴ παριών τις
Εἴποι, σύκινοι ἄνδρες, ἀπώλετο χ' οὗτος ὁ μισθός.

Stringite meſſores manipulos, ne præteriens aliquis
Dicat, o ficulneos homines, atque hæc deperiit merces. Ad quod alluſit Horatius, ubi Priapum ita loquentem inducit:

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum. Item σύκινος eſt *acris*, a fumo ficulneo, qui oculis acerrimus accidit. Ariſtoph. in Veſpis.

Συκὶς, ίδος, (ἡ), *ficus*, & *ficetum*, locus ubi ficus creſcunt.

Συκῖτης οἶνος, *ſycites vinum*. Dioſc. lib. 5. cap. 32.
Σῖκόβιος, ȣ, (ὁ), *ficis vivens*. Vocabantur Sycophantæ hoc nomine Athenis.
Συκολογεῖν, *ficus legere*, Ariſtoph.
Συκολόγος, ȣ, (ὁ), *quaſi ficus numerans*.
Συκόμορον, ȣ, (τὸ), *ſycomorus arbor*, & *fructus ejus*. Ficus autem eſt Ægyptia prædulcis, ſine granis. Apud Scriptores modo συκομορέα, & interdum συκομωρέα occurrit. Ex quo factum eſt, ut apud Latinos *Sycomori* penultima communis haberetur. Sed hac de re videſis Grammaticos.
Συκομορίτης οἶνος, *ſycomorites vinum*, quod conficitur ex ſycomoris, Dioſc. lib. 5. cap. 24.
Σῦκον, ȣ, (τὸ), *ficus*. Dicitur tamen de ficu, & arbore. Eſt tamen proprie σῦκον, *ficus matura*, ut ἰσχὰς, *areſacta*: φήληξ, *immatura*, & *ſylveſtris*: ὄλυνθος, *immatura quidem, ſed quæ cultura paratur*.
Συκοπείστης, ȣ, (ὁ), *ficuum ſector*, *avarus*, *ſordidus*. Vide apud Eraſm. Proverb. *Ficos dividere*.
Συκοφαντῶ, *calumnior*, *accuſo*, *illudo*.
Συκοφάντης, ȣ, (ὁ), *calumniator*, *ſycophanta*.
Συκοφορῶ, *ficus fero*, & *produco*, in Epigr.
Συκώδης, εος, [ὁ καὶ ἡ], *ſimilis ficui*, *ficoſus*.
Σύκωμα, τος, [τὸ], *ficoſum germen*. In palpebris dicitur, cum ficoſi tumores excreſcunt, Scholiaſt. Ariſtoph.
Συκὼν, ῶνος, [ὁ], *ficetum*.
Συκωρὸς, ȣ, (ὁ), *qui ficus ſervat*. Unde & verbum συκωρεῖν apud Poll.
Συλάω, *ſpolio*, & συλέω. Iliad. δ. v. 116.

Αὐτὰρ ὁ σύλα πῶμα φαρέτρης . .
Ille itaque detraxit operculum ſagittæ . . Et lib. ν. v. 641.
Ὣς εἰπὼν τὰ μὲν ἔντε' ἀπὸ χροὸς αἱματόεντα
Συλήσας . .
Sic fatus, arma quidem a corpore ſanguinolenta detracta.

Συλεύω, *prædor*, *furor*, *ſpolio*, *lædo*. Iliad. ω. v. 436.

Τὸν μὲν ἐγὼ δείδοικα, καὶ αἰδέομαι περὶ κῆρι
Συλεύειν . .
Sed eo ego timeo, & vereor ex animo fraudare.

Σύλη, &
Σύλησις, εως, [ἡ], *compilatio*. Unde σύλησις ἱερῶν, *ſacrilegium*.

Συλητὴς, ου, (ὁ), *compilator*, *depeculator* Cic.
Συμμύω, *conniveo*.
Συμπολίτης, ου, (ὁ), *concivis*. *Civem meum* pro *συμπολίτην ἐμὸν* dicit Cicero.
Συμπιλέω, unde Latine *compilo*, *oppilo*, *coarcto*, *denſo*.
Συμπίνω, *combibo*, *ſimul bibo*.
Συμφρύγω, idem quod *φρύγω*, *torreo*.
Συμφυλέτης, ου, (ὁ), *gentilis*, *tribulis*.
Σύμφυλος, ου, [ὁ], *contribulis*, *gentilis*, *vernaculus*, *affinis*.
Συμφύομαι, *coaleſco*, *coeo*.
Συμφύρομαι, *commiſceor*.
Συμφυσάω, *una flo*, ideſt, *conflo*.
Συμφύω, *conglutino*, *coagmento*.
Σύμψυχος, ου, [ὁ], *unanimis*.
Σύναιγδην, *ſimul*, *uno impetu*. Heſiod.
Συναΐδιος, ου, [ὁ], *coæternus*, Heſych.
Συναΐσσω, *ſimul irruo*, Heſiod.
Συναλγύνω, *una dolore afficio*. Opp. Hal. α. v. 716.
. . *αὐτοὺς δὲ συναλγύνουσι νομῆας*.
. . *ipſoſque una afficiunt dolore paſtores*.
Συναμύνειν, idem quod *βοηθεῖν*, *auxiliari*, Euripid.
Συνανιᾶσθαι, *condolere*, *contriſtari*, Columell.
Συνάορος, ου, (ὁ καὶ ἡ), pro *συνήορος*, metatheſi τοῦ *ά*, *conjux*, *nupta*, *uxor*, Euripid. Th. *ἄορες*, *mulieres*.
Συναρτύω, *apparo*, *inſtruo*. Apoll. β. Arg.
. . . *ἀσπίσι νῆα συναρτύσαντες ἔρεψαν*.
. . *navem ſcutis inſtruentes texerunt*.
Συνεχὲς, *frequenter*, *ſubinde*. Aratus v. 20.
Οὐρανῷ ἕλκονται πάντ' ἤματα συνεχὲς αἰεί.
Cælo volvuntur omnibus diebus continuo ſemper.
Συνεχέως, *idem*. Heſiod. in Theogon.
Συνεχέως ἐμάχοντο . .
Continenter pugnabant . .
Συνδακρύω, *collacrymor*.
Συνεκπίνω, *ſimul ebibo*, Ariſtoph. in Pluto.
Συνεπευθύνω, *una dirigo*: *Θεοῦ συνεπευθύνοντος*, *Numinis inſtinctu*.
Συνέριθος, ου, [ὁ], *adminiſter*, *mercenarius*: proprie, *qui vel quæ τὸ ἔριον* h. e. *lanam* operatur. Odyſſ. ζ. v. 32.
Καί τοι ἐγὼ συνέριθος ἅμ' ἕψομαι . .
Et ego adjutrix ſimul ſequar . .
Συνηδύνω, *placeo*, *voluptatem affero*.

Συνθλίβομαι, *dilabor*, *pereo*.
Συνθλίβω, *comprimo*, *vexo*.
Συνθυμεῖν, *ſimul indignari*, *conſentire*. Suid.
Συνθύω, *ſimul ſacrifico*.
Σύνναος, ου, (ὁ), *qui in eodem templo colitur*. Hinc θεοὶ σύνναοι, & σύμβωμοι.
Συνόμιλος, ου, [ὁ], *congerro*.
Συνομιλῶ, *colloquor*.
Συνορίνω, *commoveo*, *concito*. Iliad. δ. v. 332.
Ἀλλὰ νέον συνορινόμεναι κίνυντο φάλαγγες.
Sed nuper concitatæ movebantur phalanges.
Συντρίβω, *contero*, *comminuo*.
Συριγγέμβολος, ου, (ὁ), & contracte, σύρίμβολος, *canalis ſubterraneus*, per quem aqua intra caſtella obſeſſorum defertur: compoſita vox a dictionibus æquivalentibus, σύριγξ videlicet, & ἔμβολος, Euſtath. Iliad. η.
Συρίγγιον, ου, [ὁ], *parva fiſtula*: item *foramen rotæ*, *in quo axis volvitur*. Heſych.
Συριγγόω, *in fiſtulam excavo*.
Συριγμὸς, οῦ, (ὁ), *ſibilus*, *ſtridor*, *tinnitus*. Item *barritus elephantorum*.
Σύριγξ, γος, (ἡ), *fiſtula*. Iliad. κ. v. 13.
Αὐλῶν, συρίγγων τ' ἐνοπὴν, ὅμαδόν τ' ἀνθρώπων.
Tibiarum, *fiſtularumque ſonum*, *tumultumque hominum*.
Συρίζειν, ambigua vox eſt: nam & *fiſtula canere* ſignificat, & *Syriſſare*, ſive *Syrum agere*, h. e. *molliculum* eſſe. Συρίζειν etiam eſt idem cum συρίσσειν, *ſibilare*, *ſibilum edere*.
Συρικτὴς, οῦ, [ὁ], *fiſtulator*. Theocr. Idyll. ς. v. 28.
Συρίσδω, pro συρίζω, *fiſtula cano*. Theocr. Idyll. α. v. 3.
Σύριος, ου, [ὁ], *Syrius*, Stella eſt in canis poſitu.
Συρίτης λίθος, *Syrites lapis*, qui in lupi veſica naſcitur.
Σύρω, *traho*: item *evagino*, *ſtringo enſem*, in Epigr.
Συσσιτία, ας, (ἡ), *ſodalitas*, *convictus*.
Συσσιτεῖν, *in contubernio eſſe*, *convivere*, *una cibum capere*.
Συσσίτιον, ου, [τὸ], *locus convivii*, *ſodalitates*, *convivia publica*, quæ apud Lacedæmonios inſtituit Lycurgus, ut ſimul cœnatum convenientes cives ad communia & ordinata opſonia ac cibos, frugalitatem inter ſe amplecterentur. Plutarch.
Σύσσιτος, ου, [ὁ], *ſodalis*, *convictor*. Theogn. v. 309.
Ἐν μὲν συσσίτοισιν ἀνὴρ πεπνυμένος ἔσθι.

Inter

Inter ſodales vir prudens eſto.

Σῠφορβὸς, ȣ, [ὁ], pro *συοφορβὸς*, ***bubulcus***. Iliad. φ. v. 281.

Σφαιρίτης, ȣ, [ὁ], ***rotundus* & *globoſus in modum ſphæræ.*** Femin. *σφαιρῖτις, ιδος, (ἡ).*

Σφεδᾱνὸς, ȣ, [ὁ], *terribilis, intenſus, vehemens:* quaſi *σπευδανὸς* a *σπεύδω*, ſecundum Euſtath. Iliad. λ. v. 165. unde *σφεδανὸν* adverbialiter ſumptum, *vehementer*, ut ibidem:

> Ἀτρείδης δ' ἕπετο, σφεδανὸν Δαναοῖσι κελεύων.
>
> *Atrides autem inſequebatur, vehementer Danaos adhortans.*

Σφονδῠλιον, ȣ, (τὸ), ***vertebra, ſpina dorſi***, ſeu unum ex viginti quatuor oſſibus, quibus tota ſpina conſtructa eſt. Iliad. υ. v. 483.

> . . μυελὸς αὖτε
>
> Σφονδυλίων ἔκπαλθ'. . .
>
> *Medulla vero vertebris exiliit* . .

Σφρᾱγίδιον, ȣ, (τὸ), *ſigillum*. Pollux. Item antrum Cithæronidum Nympharum, quæ ibi olim vaticinabantur, ut in fabulis.

Σφρᾱγιδονυχαργοκομήτας, vocat Ariſtoph. in Nebul. homines voluptuarios, qui cómam nutriunt, & ungues expoliunt, vel digitos ad ungues uſque annulis onerant.

Σφρᾱγίζομαι, *ſigno, obſigno.*

Σφρᾱγίζω, *idem.*

Σφρᾱγὶς, ῖδος, (ἡ), *ſigillum, ſignum, annulus*, quo ſigilla imprimuntur: *ſignatorius annulus*, ſeu *gemma:* Latine *Pala* apud Ciceronem. Orph. hym. in Apoll.

> Οὕνεκα παντὸς ἔχεις κόσμȣ σφραγῖδα τυπωτήν.
>
> *Quoniam Mundi habes ſignum impreſſorem.*

Σφρᾱγισμα, τος, [τὸ], *ſigillum impreſſum.*

Σφῦρα, ας, [ἡ], *malleus quo occantur glebæ*. Et malleus inſtrumentum fabrile. Odyſſ. γ. v. 434.

> Ἄκμονά τε, σφῦράν τ', εὐποίητόν τε πυράγρην.
>
> *Incudemque, malleumque, benefactumque forcipem.* Et

Apoll. Arg. β. v. 81.

> Θείνȣσι σφύρῃσιν . . *pulſant malleis* . .

Σφῦραινα, ης, (ἡ), *ſphyræna*, nomen piſcis. Opp. Hal. γ. v. 117.

> Σφύραιναι δ', ὅτε κέν ποτ' ἐπιπλήξωσι λίνοισι.
>
> *Sphyrænæ, ſi quando in retia inciderint.*

Σφυ-

Σφῡρήλᾰτος, ου, (ὁ καὶ ἡ), *fabricatus malleo*, *malleo ductus*, *ſolidus*. Theocr. κβ. v. 47.

Σαρκὶ σιδαρείῃ, σφυρήλατος οἷα κολοσσός.

Carne ferrea, *quaſi malleis fabricatus inſtar coloſſi*.

Σφυρὸν, οῦ, [τὸ], *pedis malleolus*, ſemper corripit penultimam, ut Iliad. δ. & apud Nonnum μη. v. 158.

Η σφυρὸν, ἢ κνήμην, κ. τ. λ.

Aut malleolum, *aut tibiam*, &c. Atque eamdem omnino habent quantitatem, quæ ex eodem themate componuntur, ut: εὔσφυρος, ῥοδόσφυρος, aliaque id genus ſexcenta.

Σχῑνίζομαι, *ad dentes purgandos*, *vel albos reddendos utor lentiſci cuſpidibus*, ſeu *ſcilla* herba, Etym.

Σχῑνῖνος οἶνος, *lentiſcinum vinum*: σχινίνη ῥητίνη, *lentiſcina reſina*, ideſt, *maſtiche*: σχίνινον ἔλαιον, *lentiſcinum oleum*, quod ex maturo lentiſci fructu conficitur, Dioſc. lib. 1. cap. 51.

Σχῖνος, ου, (ὁ), *lentiſcus frutex*, ex cujus ligno fiunt cuſpides repurgandis dentibus accommodatæ propter vim adſtringendi. Aratus v. 1045.

Σχῖνοι ἀπείρητοι . .

Lentiſci ſine ſigno ſunt . .

Σχῑνοτρῶγες, (οἱ), *lentiſci arroſores*. Rodebant enim effeminati lentiſcum ad nitelam, alboremque dentium. Hinc proverbium apud Eraſm. *Lentiſcum mandere*.

Σωρῖτις, ιδος, epith. Cereris. Orph. hym.

Σπέρμεια, σωρῖτι, ἀλωαία, χλοόκαρπε.

Seminatrix, *accumulans*, *perfecta areis*, *germinare faciens fructum*.

Τ

T

Τἄβἄρῖτης, panis genus, ut ταβαρίτης ἄρτος. Sopater apud Ath. lib. 3.

Ταινία, & ταινίη, (ἡ), tænia, faſcia, linea, licet penultimam brevem habeat; apud Oppianum vero ſemper producta reperitur; ut Κυνηγ. γ. v. 187.

Ταινίη δὲ μέλαινα μέσην ῥάχιν ἀμφιβέβηκε.

Linea autem nigra mediam ſpinam dorſi cingit. Et v. 275.

Κυανέῃς ἑκάτερθεν ἐπίτριμα ταινίῃσι.

Nigris utrinque denſe lineis. Et lib. δ. v. 387.

Τᾱκω, *tabeſco*. Theocr. Idyll. α. v. 88.

Τάκεται ὀφθαλμὼς . .

Tabeſcit oculis . .

Τἄλᾱπενθής, έος, [ὁ ϗ ἡ], *luctum patiens*, Odyſſ. ξ.

Τἄλᾱπείριος, ου, (ὁ), *miſer, laborioſus, multa incommoda expertus*. Odyſſ. ξ.

Τἄλἄρίσκος, ου, (ὁ), *quaſillus*, in Epigr.

Τἄλἄρος, ου, (ὁ), *calathus vimineus, calathus, in quo caſeus coagulatur, qualus*. In Epigr. & Heſiod.

Οἱ δ' αὖτ' ἐς ταλάρους ἐφόρευν ὑπὸ τρυγητήρων.

Alii autem in ſportis ferebant a vindemiatoribus, uvas videlicet accipientes.

Τἄλαύρινος, ου, (ὁ), *patiens ærumnarum & laborum, fortis, audax, bellicoſus*. Iliad. ε. v. 289.

Αἵματος ἆσαι Ἄρηα ταλαύρινον πολεμιστήν.

Sanguine ſatiaris Martem invictum bellatorem.

Τᾶλις, ιδος, (ἡ), *virgo nubilis*, ſeu *quæ ſponſa futura eſt*, teſte Euſtathio. Callimachus:

Αὐτίκα τὴν τάλιν παιδὶ σὺν ἀμφιθαλεῖ.

Τἄμεσίχρως, οος, (ὁ), *incidens corpus*. Iliad. δ. v. 511.

Τἄμίας, Ion. ταμίης, ου, (ὁ), *promus condus, diſpenſator, arbiter*. Iliad. δ. v. 84.

Τᾰμίη, ης, (ἡ), *diſpenſatrix*. Iliad. ζ. v. 383.

Τἄμῖσος, ου, (ὁ), *coagulum*. Theocr. Idyll. ε.

. . νέας ταμίσοιο ποτόσδον.

Τᾰναιμῡκος, ου, (ὁ), *vehementer mugiens*, in Epigr.

Τᾰνᾱήκης, εος, (ὁ ϗ ἡ), *acutam habens aciem*. Iliad. η. v. 77.

Τᾰναὸς, ῦ, (ὁ), *longus*, *porrectus*, *acutus*, in Epigr.

Τᾰνηλεγὴς, έος, (ὁ καὶ ἡ), ut *θάνατος τανηλεγὴς*, *mors longum ſomnum afferens*. Iliad. θ. v. 70.

Τᾰνῡμήκης, εος, (ὁ καὶ ἡ), *in longum protentus*, in Epigr.

Τᾰνύγλωσσος, ου, (ὁ), *habens linguam extenſam*, epith. cornicum Odyſſ. ε.

. . *τανύγλωσσοί τε κορῶναι*. Ubi Volaterranus vertit, *garrulæ cornices*.

Τᾰνυγλώχιν, ῖνος, [ὁ], *extenſos habens angulos*, & *cuſpides acutas habens*. Iliad. θ.

Ὀκτὼ δὴ προέηκα τανυγλώχινας ὀϊστούς.

Octo præmiſit ſagittas acutas cuſpides habentes. Et Opp. Hal. τ. v. 88.

Τᾰνύθριξ, ῖχος, [ὁ], *qui promiſſo eſt capillo*, aut *etiam tenui*, *qui eſt rigentibus pilis*, *qualis capra*. Hinc *τανύθριχα αἶγα*, *protentos pilos habentem capram*, Heſiod.

Τᾰνύπεπλος, ου, (ὁ καὶ ἡ), *habens longam veſtem*. Iliad. γ.

Τᾰνύπλευρος, ου, (ὁ καὶ ἡ), *qui eſt lateribus patulis*, in Epigr.

Τᾰνυπλόκᾰμος, ου, [ὁ], *capillos longos habens*, Nonn.

Τᾰνύπους, οδος, (ὁ καὶ ἡ), *rectipes*, *extendens pedes longis paſſibus*, *latis paſſibus incedens*, *velox*, epitheton Furiarum apud Sophocl. in Ajace. Et Odyſſ. ι. v. 464.

Καρπαλίμως δὲ τὰ μῆλα τανύποδα πίονα δημῷ
Πολλὰ περιτροπέοντες ἐλαύνομεν . .

Celeriter autem pecora velocia pinguia pinguedine
Multa ferientes abegimus . .

Τᾰνύπτερος, ου, (ὁ), *habens extenſas alas*, *patentibus alis volans*, Heſiod.

Τᾰνύπτερυξ, ῠγος, idem. Οἰωνοῖσι *τανυπτερύγεσσι*, *præpetibus volucribus*.

Τᾰνῠσίπτερος, idem quod *τανύπτερος*, avium epitheton apud Homer. Odyſſ. ε. Et apud Heſiod. *τανυσίπτερος ὄρνις*.

Τᾰνυσκόπελος, ου, (ὁ), *ſcopulos longos habens*.

Τᾰνυσφῦρος, ου, (ὁ καὶ ἡ), *talos extendens*, *velox*. Heſiod.

. . *τανύσφυροι Ὠκεανῖναι*.

Τᾰνύω, *diſtendo*. Iliad. ρ. v. 390.

Λαοῖσιν δώῃ τανύειν, μεθύουσαν ἀλοιφῇ . .

Populis dederit diſtendendam, *ebriam pinguedine*.

Τᾰραντῖνος, ου, (ὁ), *Tarentinus*.

Τᾰραντῖνοι, (οἱ), vocabantur genus quoddam militum, de quibus vide Liv. Dec. 4. lib. 5.

Τάραντινίδιον, ε, (τὸ), genus veſtis ſubtilis.

Ταρχύω, *ſepelio*, *parento*. Iliad. π. v.

Ἔνθα ἑ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε, ἔται τε.

Ibi ei exequias facient fratreſque, *familiareſque*.

Ταύρεια, (τὰ), feſtum quoddam Neptuni. Cur autem ita dicerentur, & cur Neptunus ταύρειος ab Heſiodo in ſcuto v. 104. & ταυροκέρως ab Eurip. in Baccho, & ταυροκράνος ab eodem in Oreſte vocatus ſit, videſis apud Cl. Mazoch. Collectan. 1. Pæſtanæ originis pag. 506. num. 15.

Ταυροπάτωρ, ορος, *taurigena*, epitheton apum apud Theocrit. quod ex putri taurorum carne naſcantur.

Ταυροφάγος, *quaſi taurivorus*, Ariſtoph. Bacchi epitheton. Nam Dithyrambici carminis præmium erat taurus, Etym.

Ταυροφανής, έος, [ὁ κὴ ἡ], *tauro ſimilis*, Dionyſ. de ſitu orbis.

Ταφεύς, έος, [ὁ], *mortuorum curator*, quem Plautus *pollinctorem* vocat; *veſpillo*, *ſandapilarius*.

Τάφήϊος, ε, (ὁ), *funeſtus*. Apoll. 2. Arg. μῆλα ταφήϊα, *pecudes funereæ*.

Τάφος, ε, (ὁ), *ſepulcrum*, *tumulus*, *funebre epulum*, in Epigr. Item *ſtupor*; & Inſula quædam.

Ταχύβουλος, ε, (ὁ), *qui ex re conſilium capit*. Ariſtoph. in Acharn.

Ταχύγονος, ε, (ὁ κὴ ἡ), *velox*, *cui velocia ſunt genua*, Nonn.

Ταχινὸς, ὃ, (ὁ), *celer*.

Ταχυδινής, έος, (ὁ κὴ ἡ), *celeriter volubilis*, Nonn.

Ταχυκίνητος, ε, (ὁ), *qui celeriter movetur*.

Ταχύμηνις, ιος, (ὁ), *qui ſubito ad iram provocatur*, in Epigr.

Ταχύμητις, ιος, [ὁ], *qui cito deliberat*, *aut conſilium capit*, Nonn.

Ταχύνω, *celero*, *accelero*, Sophocl.

Ταχυπειθὴς, έος, (ὁ κὴ ἡ), *credulus*, Nonn.

Ταχύποτμος, *celeriter moriturus*: unde ὥρη ταχύποτμος, *hora mortem cito allatura*.

Ταχύπωλος, ε, (ὁ), *celeres habens equos*; *bellicoſus*. Iliad. ξ. v. 21.

Ταχύπους, idem quod ὠκύπους, ποδώκης, *pedibus celer*.

Τελχὶν, ῖνος, [ὁ], *furioſus*, *ſupra hominem vires habens*.

Τελχῖνες, οἱ, *homines afflati ſpiritu* & *furioſi*, *invidioſi fa-*

ſi faſcinatores, quales Corybantes, & Cabri fuiſſe commemorantur.

Τελχινῶδης, εος, [ὁ καὶ ἡ], *duræ cervicis.*

Τελχιταίνω, *contentioſe me oppono.*

Τεμάχιτης, ου, (ὁ), *piſcis ingens, qui in fruſta diſſecatur muria condienda.* Ariſtoph. in Equitib.

Τεμάχος, εος, [τό], *fruſtum*, de piſcibus dicitur, & placentis, non item de carne, ut notat interpres Ariſtoph. in Nebul.

Τερεντῖνος, ου, [ὁ], *Terentinus*. Unde *ludi Terentini*, qui & *ſæculares* vocantur, qui centeſimo quoque anno tribus diebus continuis, tribuſque noctibus celebrabantur. Auſonius in Ternario:

Trina Terentino celebrata trinoctia ludo.

Τετράγλωχιν, in Vocativo, in Epigramm. ideſt *quadrate*, epitheton Mercurii. Scribit enim Thucydides vetuſtiſſimos Græcos ſolitos eſſe Mercurii ſtatuas ante domos ponere. Deinde quia terminos faciebant lapide terram verſus acuminato, & in quadratam figuram ſeſe extollente, in cujus ſummitate caput hominis pectore tenus imponebant, ſuſpicari licet eum Mercurium fuiſſe, quem *quadratum*, vel *quadrangulum* Leonides Epigrammatarius appellat.

Τετρακισμύριοι, , [οἱ], *quadraginta millia.*

Τετρακισχίλιοι, (οἱ), *quatuor millia.*

Τετράοροι ἵπποι, Hom. Od. ζ. *quadriuges equi*, *quatuor equi in quadrigis.*

Τετράπαλαι, *jampridem*, in Epigr.

Τετράῤῥυμον, vel

Τετράρυμον, *quadrigæ*. Eſt & τετράρυμον ἅρμα, *currus quatuor conſtans temonibus.*

Τετριγώς, ῶτος, (ὁ), *triſtem & exilem vocem emittens*, ſicut veſpertiliones, & pulli. Thema eſt τρίζω. Iliad. β.

Τέττιξ, ιγος, (ὁ), *cicada.* Iliad. γ. v. 151.

Ἐσθλοί, τεττίγεσσιν ἐοικότες, οἵ τε καθ' ὕλην.

Boni, cicadis ſimiles, quæ in ſylva. Veteres Athenienſes aureas cicadas capillis ſuis implicatas geſtabant, quod eſſent αὐτόχθονες, ideſt, *indigenæ*, ut cicadæ, ut ſcribit Thucydides.

Τεττιγόμητρα, ας, [ἡ], *cicadæ matrix*, ſeu *cicadarum mater.*

Τεττιγόνια, (τά), ſive τεττιγόνιαι, *cicadæ minores*. Ariſtot. lib. hiſt. animal. cap. 30. Unde Plinius lib. 11. cap. 26.

cap. 26. *Quæ canunt vocantur Achetæ* (ἀχέται); *& quæ minores eis ſunt, tettigoniæ, ſed illæ magis canoræ. Mares canunt in utroque genere, feminæ ſilent.*

Τεττιγγόνιον, ου, [τὸ], *cicadæ ſimile.*

Τεττιγοφόροι, *cicadiferi*, ideſt, Athenienſes, propterea quod capillis complicandis adhiberent cicadas aureas, ut eo argumento αὐτόχθονας ſe probarent, ſicuti creduntur cicadæ, & γηγενεῖς, Thucydid. lib. 1.

Τευχῖτις, *teuchitis*, *juncus odoratus Arabicus*, Dioſc. lib. 1. cap. 16.

Τηλεδαπὸς, οῦ, [ὁ], *peregrinus*. Odyſſ. ξ.

Τηλεθάων, *ονος*, & *οντος*, *valde vireſcens*. Odyſſ. *ν. δένδρεα τηλεθάοντα*, *arbores late frondentes.*

Τηλεφανὴς, έος, (ὁ καὶ ἡ), *procul apparens*, aut *lucens.*

Τηλύγετος, ου, (ὁ), *unicus*, *in ſenectute genitus*, *ultimo natus*, *natu minimus*, Laſcaris. Dicitur de eo, poſt quem natum non eſt integrum alium rurſum parere, aut qui peregrinante, ac procul abſente patre natus eſt, ut Tegonus Ulyſſis e Circe; & Telemachus, cum procul a domo, apud Trojam pugnaret. Accipitur etiam pro *caro* & *ſolo* abſolute, & καταχρηστικῶς (abuſive). Hinc apud Homer. ἄμφω τηλυγέτω, *ambo cari*, *& præter quos non habebat alios pater*, *nec habiturus erat*. Reperitur & τηλυγέτη in genere Feminino, ut Iliad. γ. παῖδά τε τηλυγέτην, *filiamque caram.*

Τησίχρυσος ῥίνη, *lima atterens aurum*. Scribendum τερψίχρυσος.

Τιᾶρα, ας, [ἡ], *tiara*, ornamentum capitis, quod & τίαρις a quibusdam appellatur. Hoc erectum ſoli reges apud Perſas geſtabant: duces vero, inflexum. Herodot. lib. 7. Hoc verbum Græcum eſt, & uſu verſum in Latinum. Hinc Virgil. Æneidos lib. 7.

. . . *Sceptrumque*, *ſacerque tiaras*. Hic advertesis dici per uſurpationem. Nam *tiara* dicimus, ait Servius. Tiaram (inquit Donatus) dixit pileum, quo Phryges utuntur cum celebrant ſacra; atque inde *Sacrum* dixit, quia, quod ad ſacra pertinet, ſacrum eſt.

Τιᾶρις, (ἡ), *galea criſta*, *pileus a ſole defendens*,

Τιαροειδὴς, έος, (ὁ καὶ ἡ), *ſimilis tiaræ.*

Τιμαλφέω, *honoro.*

Τιμαλφὶς, έος, (ὁ), *pretioſus*, *ſplendidus*. Epitheton eſt auri, quo utitur Ariſtoph.

Τῑμάομαι, *honoro*, *honore afficio*. Item *mulcto*, *in aliquem animadverto*, *litem æſtimo*, quod & τῑμῶ dicitur. Τιμᾶσθαι dicebant pro eo quod eſt *civem cenſere*, *cenſum agere*; & paſſive pro *cenſeri*, ideſt, æſtimatis facultatibus in *cenſum redigi*. Τιμᾶσθαι etiam interdum erat vendentis, quod Latine *indicare* dicitur, ſicut *liceri* ementis.

Τῑμάορος, ου, (ὁ), *ultor*, *vindex*.

Τῑμάω, *honoro*, *magnifacio*. Iliad. ο.

Deficientis quidem menſis . .

Φθῖσήνωρ, ορος, [ὁ], *hominibus peſtifer & exitioſus*. Iliad. β. v. 340. & Opp. Hal. β. v. 667.

. . . καὶ θȣ̃ρος Ἄρης φθισήνορος ἄτης.

. . *& crudelis Mars homines perimentis noxæ*.

Φθῖσίμβροτος, ȣ, (ὁ), *homicida*, *mortalibus pernicioſus*. Iliad. ν. v. 339.

Εφριξεν δὲ μάχη φθισίμβροτος . .

Horruit itaque pugna mortalibus pernicioſa . .

Φθιτὸς, ȣ̃, (ὁ), *mortalis*, *corruptioni obnoxius*, corripitur in Epigr.

Φθῖω, *conſumo*, *corrumpo*, *perdo*. Iliad. ζ. v. 407.

Δαιμόνιε, φθίσει σὲ τὸ σὸν μένος . .

Animoſe, *perdet te tua virtus* . . Et lib. σ. v. 329.

Οἶον ἐμὲ φθίσεσθαι ἀπ' Ἄργεος ἱπποβότοιο.

Solum me moriturum eſſe longe ab Argo apta equis.

Corripitur vero Iliad. υ. v. 173.

. . ἢ αὐτὸς φθίεται πρώτῳ ἐν ὁμίλῳ.

. . *vel ipſe perit prima in turba*.

Φῖἀρὸς, ȣ̃, (ὁ), *crudus*, *acerbus*. Item *purus*, *lucidus*, *nitidus*, *pinguis*. Nicand. φιαρῆς ὄρνιθος, *pinguis gallinæ*. Hinc verbum,

Φιαρῦνω, idem quod λαμπρύνω, *illuſtro*.

Φῖλάγλαος, ȣ, [ὁ], *amans ſplendoris*. Pind.

Φῖλάδελφος, ȣ, [ὁ], *fratris ſtudioſus*, Sophocl.

Φῖ-

Φῐλάεθλος, ου, (ὁ), *amans certaminum*, in Epigr.

Φῐλαίμᾰτος, ου, [ὁ], *ſanguinarius*, epitheton Martis, ut φιλαίματος Ἄρης, in Epigr. φιλαίματος βδέλλα, *hirudo ſanguinis avida*, Nic. in Theriac.

Φῐλαίτιος, ου, (ὁ), *contentioſus*, Æſch. in Suppl.

Φῐλᾰκόλουθος, ου, [ὁ], *qui libenter ſequitur*. Ariſtoph. in Ranis.

Φῐλάκρητος, ου, (ὁ), *meri cupidus*, in Epigr.

Φῐλανδρός, ου, (ὁ καὶ ἡ), *amans virum*, Æſch.

Φῐλᾰοιδός, οῦ, (ὁ), *cantus ſtudioſus*, in Epigr.

Φῐλαργῠρος, ου, [ὁ], *avarus*, Sophocl.

Φῐλάρχαιος, ου, [ὁ], *antiquarius*, Ariſtoph.

Φῐλαυλος, ου, (ὁ), *qui tibiis delectatur*, Ariſtoph.

Φῐλεχθὴς, οῦ, (ὁ), *inimicitiæ amans*. Theocr. Idyll. α. v. 137.

Φῐλέλαιος, ου, (ὁ καὶ ἡ), *olearum ſtudioſus*, Nonn. & lib. 3. Epigr.

Φιλέλλην, ηνος, [ὁ], *amicus Græcorum*, *ſtudioſus Græcorum*.

Φῐλέμπορος, ου, (ὁ), *negotiationis cupidus*, Nonn.

Φῐλήνεμος, ου, (ὁ), *venti ſtudioſus*, in Epigr.

Φιλέρημος, ου, (ὁ), *amicus ſolitudinis*, in Epigr.

Φῐλήρετμος, ου, (ὁ), *rei nauticæ amator*. Odyſſ. α. v. 181.

Φιλέριθος, ου, (ὁ), *ſtudioſus lanificii*, in Epigr. & Theocr. Idyl. κη. v. 1.

Γλαύκας ὦ φιλέριθ' ἀλάκατα, δῶρα Ἀθάνας.

Glaucæ, o colus, amica lanificii, donum Minervæ.

Φῐλεύϊος, ου, (ὁ), Bacchi epitheton, h. e. *ſtudioſus ovationis*, & *lætitiæ*, in Epigr.

Φῐλέω, *amo*. Iliad. ε. v. 61.

. . ἔξοχα γάρ μιν ἐφίλατο Παλλὰς Ἀθήνη.

. . *egregie enim ipſum diligebat Pallas Minerva.*

Et Iliad. υ. v. 304.

. . ὃν Κρονίδης περὶ πάντων φίλατο παίδων.

. . *quem Saturnius præ omnibus diligebat liberis.*

Sed hoc videtur factum ob liquidam, quod Græcis perfamiliare eſt, ſicut paſſim videmus in καλός. Φιλεῖν etiam *ſuaviari*, *oſculari*. Unde φίλημα, *oſculum*. Mulieres Romanæ ſalutando cognatos mane exoſculabantur. Plin. lib. 14. cap. 13. ubi: *Cato*, *ideo propinquos feminis oſculum dare*, *inquit*, *ut ſcirent*, *an temetum olerent*. Φιλέω tandem, *conſueſco*, *ſoleo*, ut Latinis *amo*. Tacitus: *ut ferme amat poſterior adulatio*: ubi

ubi *amat*, pro *ſolet*, dixit. Apud Salluſt. *vulgus amat fieri*. Thucydid. lib. 2. ὅσπερ φιλεῖ ὅμιλος &c. & Horat. lib. 3. Od.

Aurum per medios ire ſatellites,
Et perrumpere amat ſaxa . .

Φῐλοθρηνὴς, έος, [ὁ ϗ ἡ], *luctus amans*. Moſch. Idyll. δ. v. 66.

Φῐλοθύτης, ȣ, (ὁ), *ſacrificiis intentus, divini cultus amans, ſacrorum ſtudioſus*. Item φιλοθῦται, *ſuperſtitioſi*. Ariſtoph. in Veſp.

Φῐλοινος, ȣ. [ὁ], idem quod φιλάκρητος.

Φῐλοκερδὴς, έος, (ὁ ϗ ἡ), *quæſtus cupidus*, Ariſtoph. in Pluto.

Φῐλοκέρτομος, ȣ, (ὁ), *conviciorum amans, mordax*. Odyſſ. χ. v. 787.

Φῐλοκίνδῡνος, ȣ, (ὁ), *periculorum cupidus, alacriter ſubiens pericula*.

Φῐλοκνημῖδες, (οἱ) *tibialium, ſive ocrearum amantes*.

Φῐλόμβρειος, ȣ, [ὁ], *pluviæ cupidus*: φιλόμβρειος τέττιξ in Epigr. lib. 6. Dicitur & φίλομβρος.

Φῐλομειδὴς, έος, (ὁ ϗ ἡ), & metri cauſſa, φιλομμειδὴς, *riſus amans*, epith. Veneris Iliad. γ. v. 424.

Φῐλομῖσος, ȣ, [ὁ], *odiorum amans, qui libenter odit*, Suid.

Φῑλομίσως, *odioſe*.

Φιλομῡθεῖν, *libenter fabulari, fabularum ſtudioſum eſſe*.

Φῐλόμῡθος, ȣ, [ὁ], *qui fabulis gaudet*.

Φῐλόμȣσος, ȣ, (ὁ), *muſarum ſtudioſus*, Ariſtoph. νεφ.

Φῐλονᾱμᾰτος, ȣ, [ὁ], *amans fontes*. Orph. hym. in Sol.

Δίκτα δικαιοσύνης, φιλονάματε, δεσπότα Κόσμȣ.
Demonſtrator juſtitiæ, amans fontes, domine Mundi.

Φῐλόπολις, εως, (ὁ ϗ ἡ,) *amans civitatis, civitatis ſtudioſus*. Æſchyl.

Φῐλοπολῖτης, ȣ, (ὁ), *ſtudioſus civium, ſaluti civium conſulens*.

Φῐλοπῡρος, ȣ, (ὁ ϗ ἡ), *ſtudioſus tritici*, in Epigr. lib. 6.

Φῐλορνῑθία, ας, [ἡ], *amor, & deſiderium avium*, Ariſtoph.

Φῐλορνις, ῑθος, (ὁ), *amans aves*. Æſchyl.

Φιλόρνῑθος, ȣ, [ὁ], *idem*. Opp. Κυνηγ. α. v. 78.

Ἠδὲ φιλορνίθων δρυάδων χορὸς . .
Et aves amantium Dryadum cœtus . .

Φῖλος, ου, [ὁ], *amicus*, *carus*. Iliad. ω. v. 775. producitur vero Iliad. δ. v. 155. φῖλε κασίγνητε, Ionice nempe, unde etiam φίλομαι, φιλητὴς, φιλόσοφος, &c. deducuntur; cum φιλέω, φιλοῦμαι, & φίλημι ſint a radice φῖλος.

Φιλόσιτος, ου, [ὁ], *cibi appetens*.

Φιλοτιμέομαι, *ſtudioſe ago*, *contendo*, *conor*, Ariſtoph. in Ranis.

Φιλοτιμία, ας, [ἡ], *gloriæ cupiditas*. Eurip. in Phœniſſ.

Φιλότιμος, ου, [ὁ], *gloriæ cupidus*, *ambitioſus*, Æſch.

Φιλοτιμοῦμαι, *ambitioſe quidpiam conor*, *ſtudioſe ago*.

Φιλοτιμῶ, *honori ſtudeo*.

Φιλότιμος, ου, (ὁ), *ambitioſus*, *contentioſus*, *gloriæ cupidus*. Æſch.

Φιλοτίμως, *ambitioſe*.

Φιλοχρημοσύνη, ης, (ἡ), *avaritia*. Phocyl. v. 38.
Ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης.

Φιλόχρηστος, ου, [ὁ], *ſtudioſus bonorum*, in Epigr.

Φιλόχρυσος, ου, [ὁ], *auri cupidus*, *avarus*.

Φιλοψυχῶ, *vitæ turpiter & ignave parco*, *& vitæ retinendæ nimium cupidus ſum*. Eurip.

Φιλόψυχος, ου, (ὁ), *cupidus vitæ*, *vitæ avidus*, Euripides. Cap. II. lib. Sapientiæ φιλόψυχος etiam Deus dicitur, hoc eſt, *amans animas*.

Φιλύδωρ, ορος, [ὁ], *aquæ amans*, *aquaticus*, *gaudens riguis*.

Φιλύρα, ας, (ἡ), *tilia*, *arbor commendabilis cortice*. Apoll. β. v. 1243.

Φιμὸς, ὁ, & φιμὸν, οῦ, [τὸ], *camus*, ideſt, κημὸς, vinculi genus, quo ferarum, canumque ora obligantur, ne mordeant, παραστόμιον Heſychio. Fiſcellis etiam capiſtrantur jumenta, ne ſegetes depaſcantur, quod eſt φιμοῦσθαι. φιμοῦν præterea proprie reſpondet *Emmuſeler* Gallorum, & φιμὸς, *muſeliere*. Quin & ornamentum illud, quo ora obducunt, quod pariter Galli *cache-nez*, vel *touret de nez* vocant, φιμὸς proprie appellaretur. Epigr. lib. I.

. . καὶ λασίῳ φιμὰ περὶ στόματος.

Φιμὸς, ſignificat etiam *camum*, quo urinatores ſibi os obligant, ne aquam ſorbere cogantur.

Φιμὸς, οῦ, (ὁ), *fritillus*, quem alii vocant, *turrim*, *turriculam*, *pyrgum*, & *orcam*, nimirum vaſculum, quo conjecti tali agitatique in alveolum mittuntur. Æſchines adverſ. Timarch.

Φιμόω, *camo obligo*, *fiſcella capiſtro*, *os obduco*. Ariſtoph. *νεφ.*

Φιμώδης, εος, (ὁ κ἟ ἡ), *conſtringens*. Nic. in Theriac. v. 892.

. . σὺν δ' αἰθὰ βάλοις φιμώδεα μύρτα.

. . *unaque conjeceris ſtringentis*, & *calentis myrti ſuccum*.

Φθίη, ης, (ἡ), *Phthia*, oppidum eſt Theſſaliæ, Achillis patria. Coluthus v. 216.

Φθίη βωτιάνειρα κ἟ εὐρυαγυῖα Μυκήνη.

Phthia virorum educatrix, & *Mycene latas vias habens.*

Φλυαρέω, *nugor*, *garrio*, *blatero*. Ariſtoph.

Φλυαρογράφοντες, [οἱ], *nugarum ſcriptores*, Interpres Nicand.

Φλύαρος, ε, [ὁ], *nugator*, *inepte loquax*, *garrulus*. Ariſtoph. *νεφ.*

Φλυαρώδης, εος, (ὁ κ἟ ἡ), *nugax*.

Φοῖνιξ, ικος, *Phoenix*, *Achillis pædagogus*. Iliad. ι.

. Φοίνικι ϛορέσαι πυκινὸν λέχος ὅττι τάχιϛα.

Phœnici ſternere denſum lectum quam celerrime.

Φοίνικες, [οἱ], *Phœnices*, pop. Phœniciæ, qui a poetis etiam *Agenoridæ*, & *Pygmalionæi* dicuntur. Nomen accepere a Phœnice filio Neptuni, & Libyes. Dionyſ. Perieg. v. 905.

Οἱ δ' ἀλὸς ἐγγὺς ἐόντες, ἐπωνυμίην Φοίνικες.

Alii autem prope mare ſunt cognomine Phœnices.

Φοινίκη, ης, (ἡ), *Phœnice*, & *Phœnicia*, regio Syriæ maritima. Item Inſula parva maris Ægæi, Sigeo promont. objecta. Plin. lib. 3. cap. 5. Et *morbus* in ea regione aliis Orientalibus frequens. Quidam pro Elephantiaſi, quam nos lepram dicimus, accipiunt.

Φοινίκεος, ε, (ὁ), *Phœniceus*, *puniceus*, *ruber*, Apoll. 2. Argon.

Φοινικίζειν, *Phoenices æmulari*, Lucian.

Φοινίκη, ης, (ἡ), *palma*. Theophr. lib. 2.

Φοινικίτης οἶνος, *palmeum vinum*, h. e. *e palmulis confectum*. Dioſc. lib. 5.

Φοινικόεις, εντος, [ὁ], *purpureus*. Odyſſ. φ. v. 118.

Η, κ἟ ἀπ' ὤμοιϊν χλαῖναν θέτο φοινικόεσσαν.

Dixit, & *ab humeris lænam poſuit purpuream*.

Φοινικόλοφος, ε, (ὁ), *habens criſtam rubram*. Theocr. Idyll. κβ. v. 72.

Φοινῖκοπάρειος, ου, (ὁ), *rubro colore pictus*. Hinc apud Hom. Odyſſ. λ. φοινικοπάρῃοι, naves dicuntur; ut μιλτοπάρῃοι, *puniceo colore pictæ*, & *miniatæ*, Iliad. β.

Τῷ δ' ἅμα νῆες ἕποντο δυώδεκα μιλτοπάρῃοι.

Illum una ſequebantur duodecim naves rubris proris.

Φοινῖκόπτερος, ου, (ὁ), *Phœnicopterus*, avis ſpecies rubentes pennas habentis. Plin. lib. 10. cap. 48. Phœnicopteri linguam præcipui ſaporis eſſe Apicius docuit, nepotum omnium altiſſimus gurges. Vide Martial. epigram. 71. lib. 13.

Φοινῖκόρυγχος, ου, (ὁ), *qui eſt roſtro rutilo*.

Φοινῖκών, ῶνος, (ὁ), *palmetum*.

Φοίνιξ, ῖκος, [ὁ], *Phœnix*, cujus meminit Oppian. in Ixeut. & Eraſm. in proverb. *Phœnice rarior*, aut *vivacior*. Sic dici auctor eſt Plin. lib. 13. cap. 4. a palmæ (quæ Græce φοίνιξ) genere quodam, quod moritur iterumque renaſcitur.

Φοῖνιξ, ῖκος, (ὁ), *purpureus*. Apoll. Arg. β. v. 452.

Τετράφαλος φοίνικι λόφῳ ἐπελάμπετο πήληξ.

Quatuor criſtis purpureo cono radiabat galea.

Φοίνιος, ου, (ὁ), *ruber*; *funeſtus*, *cruentus*. Unde φοίνιος ἀνὴρ lib. 1. Epigr. *vir homicida*: & apud Eurip. χεὶρ φοίνιος, *manus ſanguinolenta*. Ubi tamen & φοινία legitur.

Φοιτᾰλέος, ου, (ὁ), *impetuoſus*, *inſanus*. Apoll. lib. 4. Arg.

Φοιτᾰλῖώτης, ου, (ὁ), ut φοιταλιώτης Βάκχος, in Epigr. *vagus Bacchus*.

Φολῡνω, idem quod μολῡνω, *inquino*, item *impleo*, Heſych.

Φορίνη, ης, (ἡ), *pellis porci*. *Pellis* etiam *humana*, Suid. Præterea *olfactorium*, ideſt ex ramulis herbarum, floribuſque faſciculus. Unde apud Athen. lib. 13. illud meretricis dictum, quæ Γράσωνι cuidam (quaſi dicas *hircoſo*) olfactorium vorandum obtulit, velut hirco ramum: λαβὲ, εἶπε, καὶ κατάτραγε: *cape*, inquit, *ac devora*.

Φόρκυν, ῡνος, (ὁ), *portus*, & nomen propr. viri. Iliad. ρ. v. 302.

Φορῡνω, *pinſo*, *ſubigo*, *miſceo*, *turbo*. Odyſſ. χ. v. 21.

Σῖτός τε, κρέα τ' ὀπτὰ φορύνετο . .

Panis, caroque aſſata fœdata eſt . .

Φορυτὸς, ου, [ὁ], *funis ex congeſtis ſtramentis, vitilibus, atque ex ejus generis confuſa materia ad plexus*, ideſt πλέγματα. Tali miſcellanea materia tortiles reſtes parantes figuli, & ſua vaſa comportare volentes colligant, ne figlina rumpantur: ſic & vitriarii. Ariſtoph. in Acharn. & Callim.

Φραγμίτης, ου, [ὁ], *ad ſæpiendum idoneus:* φραγμίτης κάλαμος, *arundo*, ſeu *calamus phragmites*, ideſt *vallatorius*, ut Ruellius: vel ut Marcellus, *vallis*, *ſæpibuſque utilis*, quaſi dicas *vallaris*.

Φρατὴρ, ῆρος, & φράτωρ, ορος, [ὁ], *Curialis* proprie: *contubernalis*, *tribulis*. Ariſtoph. in Equit.

Φρατρεῖα, ας, [ἡ], & φρήτρη, *Curia*: populus enim Athenienſis diviſus erat in XII. tribus, ſingulæque tribus in tres φρατρείας. Curias Græce interpretatur φρατρείας Dionyſ. Halicarnaſſ. hiſt. lib. 6. & Plutarch. in Romulo. Iliad. β. v. 163.

Φρενῖτις, ιδος, (ἡ), *mentis delirium*.

Φρίκη, ης, [ἡ], *horror frigoris*, *febrilis horror*, *algor*. Item motus maris incipiens. Sophocl.

Φρικάλεος, ου, (ὁ), *terribilis*. Nonn. θ. v. 42.

φρικαλέαι δ᾽ ἀλάλαζον . .

Horribiles ſtrepebant . .

Φρικώδης, εος, [ὁ καὶ ἡ], *horridus*.

Φριμαγμὸς, ου, (ὁ), *fremitus*, *ſonitus*, *ſive flatus*, *qui emittitur per nares equorum*. Eſt & *hinnitus*, Lycophr.

Φριμάσσω, *fremo*: de equorum fremitu dicitur, ſive flatu, qui naribus emittitur. Φριμάττεσθαι de hircis, & capris. Theocr. Idyll. ε. v. 146.

Πεμψῶ καὶ τὸν Πᾶνα. φριμάσσοιο πᾶσα τραγίσκων
Νῦν ἀγέλα . .

Mittam per Pana. Fremat totus hircorum nunc grex.

Φρὶξ, ικὸς, (ἡ), *maris*, vel *fluctuum fremitus*. Iliad. η. & Odyſſ. δ. v. 401.

Πνοιῇ ὑπὸ ζεφύροιο, μελαίνῃ φρικὶ καλυφθείς.

Flatu ſub zephyri, nigra procella obtectus.

Φρύγανον, ου, (τὸ), *virgultum*. Vocatur autem φρύγανον ἀπὸ τοῦ φρύγειν, h. e. *torrendo*. Nam hac voce omnia ſarmentoſa ligna arida, & ad cremandum facilia continentur. Ariſtoph. in Avibus. De hac voce vide, quæ erudite notavit Cl. Mazoch. tom. 1. Spicileg. Bibl. pag. 123. num. 1.

Φρυ-

Φρυγέω, *areo*, *areſco*.

Φρύγιον, ȣ, [τὸ], *cremium*, h. e. *lignum aridum* : item *cantilena incitans ad arma*, Anacr.

Φρύγομαι, *torreſio*, in Epigr. Deducuntur enim ab aor. 2. ἔφρυγον.

Φρύγω, *torreo*, *ſicco*, *frigo*. Theocrit. Idyll. θ. v. 12.

Τῶδε θέρευς φρύγοντος ἐγὼ τόσσον μελεδαίνω.
Æſtatem autem torrentem ego tantum curo.

Φρὺν, ῦνὸς, κ̀ φρύνεος, κ̀ φρύνη, &

Φρῦνος, ȣ, (ὁ), *rubeta*, rana venenoſa, in ſicco ſemper rubens, a rubis, in quibus plerumque victitat. Nic. in Alexiph. v. 567.

Ηνγε μὲν ἐκ φρύνοιο θερειομένȣ ποτὸν ἴσχης.
Pocula ſi quiſquam æſtivis medicata rubetis
Ebibit . .

Φρυνοειδὴς, έος, (ὁ κ̀ ἡ), *faciem rubetæ repræſentans*.

Φρυνολόχος, ȣ, (ὁ), ut φρυνολόχος ἱέραξ, *accipiter rube-tas inſidioſe captans*.

Φυκιόεις, εντος, (ὁ), *algoſus*. Theocr. Idyll. ια. v. 14.

Αυτῶ ἐπ' αἰόνος κατετάκετο φυκιοέσσης.
In ipſo litore tabeſcebat algoſo.

Φυκιοφάγος, ȣ, [ὁ], *cui alga in cibo eſt*.

Φυκοφάγος, ȣ, (ὁ), *idem*.

Φυκὶς, ίδος, (ἡ), *fuca*, vel *phuca piſcis*. Opp. Hal. v. 126.

Καὶ κίγλαι ῥαδιναὶ, κ̀ φυκίδες . .
Et turdi delicati, *&* *phucæ* . .

Φυκίδιον, ȣ, [τὸ], *piſciculus quidam*. Gaza in Ariſtot. vertit : *parvam phucam*.

Φυκιώδης, εος, , (ὁ κ̀ ἡ), *algoſus*.

Φῦκος, εος, [τὸ], *alga*, marina herba, quæ maris æſtu in litus effunditur : eſt autem mari alga, ut etiam dixit Servius, quod ulva paludi. Iliad. ι. v. 7.

. . ἄμυδις δέ τε κῦμα κελαινὸν
Κορθύεται, πολλὸν δὲ παρὲξ ἅλα φῦκος ἔχευαν.
. . *ſimul itaque*, *&* *unda nigra*
In acervum attollitur, *multamque extra mare algam fundunt*.

Φῦκος, radicula, qua ſe fucant mulieres : unde *fucus* Latine. Hoc autem nihil aliud eſt, quam genus algæ, frutexque potius quam herba, qua utuntur infectores ; & mulieres exalbidæ genarum colorem roſeum purpureumque ementiuntur. Hinc Nicander φοινικȣ̃ν φῦκος appellavit. Φῦκος præterea *muſcus*. Oppian. Hal. v. 124.

φύκεσι μυδαλέαι . .
Muſco humidæ . .

Φυκέω, *fuco*, *fuco oblino*.

Φυκώδης, εος, [ὁ ϗ ἡ], *algoſus*.

Φυλαδὸν, *per tribus*, *tributim*. Iliad. β. v. 668.

Φυλακίδης, ου, (ὁ), nomen propr. viri. Iliad. β. v. 214.

Φυλείδης, εος, [ὁ], nomen propr. Iliad. β. v. 135.

Φυλεύς, έος, (ὁ), *Phyleus*, nomen propr. Iliad. κ. v. 175.
Ἀλλ' ἴθι νῦν, Αἴαντα ταχὺν, ϗ Φυλέος υἱὸν
Ἀνστησον . .
Verum i nunc, Ajacem velocem, & Phylei filium excita. . .

Φυλοβασιλεῖς, *reges tribuum*, *qui ſacris præſunt*.

Φυλοκρινέω, *judicis officio fungor in tribu*.

Φῦλον, ου, (τὸ), *genus*, *gens*, *natio*, *tribus*. Iliad. β. v. 362.

Φύλοπις, ιδος, (ἡ), *pugna*, *contentio*, *certamen*. Heſiod.
Ἱέμενοι πολέμοιο τε, φυλόπιδός τε . .
Cupidi & belli, *& pugnæ* . . Et Iliad. δ. v. 15.
Ἦ ῥ' αὖτις πόλεμόν τε κακὸν, ϗ φύλοπιν αἰνὴν
Ὄρσομεν . .
An rurſus bellumque pernicioſum, *& certamen grave*
Excitemus . .

Φυλέτης, ου, [ὁ], *tribulis*, *contribulis*. Ariſtoph. in Avib.

Φυλεύω, *in tribus divido*.

Φυλή, ῆς, [ἡ], *tribus*, *cognatio*, *familia*, *cohors*. Ariſtoph. Cave, ne φυλὴν cum ὠβῇ confundas. Nam ὠβὴ erat ſubdiviſio tribûs. Quod facile patebit, ſi Lycurgi factum cum Romuli inſtitutis comparetur. Lycurgus enim vulgus univerſum tres primum in tribûs diſtribuerat; deinde tribus ſingulas in *Obas* h. e. Curias denas, ex quibus exſtitit ille Obarum triginta numerus a Plutarco commemoratus. Cetera videſis apud Cl. Mazoch. Comment. in Tabb. Heracleenſ. pag. 148. num. 12. §. 1. 2. & 3.

Φῦμα, τος, [τὸ], *tuber* (nam tuber hoc ſignificatu vocat Seneca, quod Valer. Maximus, & Plin. *vomicam*) *tuberculum*, & *oriens tuberculum* dixit Celſus.

Φυματώδης, εος, (ὁ ϗ ἡ), *phymatis abundans*.

Φυνεύς, έος, (ὁ), *Phyneus*, nomen propr. viri.

Φύξιμον, ου, (τὸ), *aſylum*. Odyſſ. ε. v. 359.

Φύξιος, ου, (ὁ), *fugæ favens*: Inde φύξιος Iupiter, qui mala fugat, amoliturque: vel fugæ præſes, qui exules con-

confugientes ad ipſum defendit. Apoll. Arg. β. v. 1151.

Φύομαι, *naſcor*, *gignor*, *exſiſto*, *pullulo*, in Epigr. & Iliad. α. v. 235. corrip. Opp. Κυνηγ. β. v. 569.

Φύρω, *rigo*, *miſceo*, *confundo*. Iliad. ω. v. 162.

Δάκρυσιν εἵματ' ἔφυρον . .

Lacrymis veſtes perfundebant . . Et Heſiod. ἐν ἔργ. v. 61.

Γαῖαν ὕδει φύρειν . .

Terram aquæ miſcere . .

Φυράομαι, *fermento*, *ſubigo*, *pinſo*, *macero*. Ariſtoph. νεφ.

Φύραμα, τος, (τὸ), proprie *farinæ humore maceratæ*, & *temperatæ ad panificium*, *materia pinſita & ſubacta*, Suid. Videſis, quæ in hanc vocem commentatus eſt Cl. Mazoch. tom. 2. Spicileg. Bibl. pag. 24.

Φυράτης, ου, [ὁ], *decoctor*, *interverſor*, ut & φύραμα *interverſio*, exponitur. Cic. lib. X. epiſt. ad Attic. Philotimum φυράτην vocat, h. e., *rationum conturbatorem*.

Φυράω, idem quod φυράομαι.

Φῦσα, ης, (ἡ), *follis*. Iliad. σ. v. 409.

Ὄφρ' ἂν ἐγὼ φύσας ἀποθείομαι . .

Dum ego folles reponam . . & v. 412.

Φύσας μὲν ῥ' ἀπάνευθε τίθει πυρὸς . .

Folles quidem ſepoſuit ab igne . .

Φῦσα, ης, (ἡ), *flatus*. Item *veſica*. Ariſtoph. νεφ.

Φυσαλλὶς, ίδος, [ἡ], *bulla aquarum*, quæ & πομφόλυξ dicitur. Ariſtoph.

Φυσαλὶς, ίδος, (ἡ), *phyſalis*, *veſicaria*, frutex, teſte Dioſc. cap. 72. ita dicta quod veſicas, & folliculos orbiculatos habet veſicis non diſſimiles.

Φύσαλος, ου, (ὁ), illud venenatum ranarum genus, quod ſe inflat ac turgeſcit ita, ut ſæpe crepet veneni crapula diſtentum. Latini *bufonem* appellant.

Φυσάω, *inflo*, *ſpiro*, *flatu diſtendo*, *tumefacio*. Iliad. ψ. v. 218.

φυσῶντες λιγέως . .

Flantes vehementer . . .

Φύσημα, τος, (τὸ), *flatus*. Item arrogantia, quod & *flatus* dicitur, ut apud Virgil. & Hom. Iliad. lib. σ. Cic. *verborum inanitatem* appellat. Eurip.

Φύσησις, εως, (ἡ), *flatus*, *flandi actio*.

Φυσητὴρ, ῆρος, piſcis quidam cetaceus apud Ælianum. Item *flabellum*. Ariſtoph.

Φυσητήριον, ου, (τὸ), *tibia*, αὐλός.

Φῦσητικὸς, ῦ, (ὁ), *inſlandi vim habens.*

Φῦσήφρων, *onos*, [ὁ], *inflatus mente, arrogans*, Heſych.

Φῦσιάω, *flo, ſufflo.* Iliad. δ. ἵπποι φυσιόωντες, quod Virgilius vertit: *ſpirantes naribus ignem.*

Φῦσιγξ, γος, (ἡ), in alliis dicitur, circa caput in quo ſemen, velut *turgida veſicula.* Ariſtoph. in Acharn.

Φῦσιγγες, *puſtulæ, veſiculæ*, tumoreſque in manibus, & pedibus. Pollux lib. 4.

Φῦσιγνάθος, ῦ, (ὁ), *buccas*, & *maxillas inflans*, nomen proprium Ranæ. Βατραχ. v. 145.

> Μεμφομένων δ' αὐτῶν, φυσίγναθος εἶπεν ἀναστάς.
>
> *Accuſantibus autem ipſis, Phyſignatus dixit cum ſurrexiſſet.*

Φῦσίζοος, &

Φῦσίζωος, ῦ, (ὁ), *ad victum generans neceſſaria, victum producens, almus.* Iliad. γ. v. 243.

> Ὣς φάτο, τοὺς δ' ἤδη κάτεχεν φυσίζοος αἶα.
>
> *Sic dixit, hos autem jam continebat alma tellus.* Eſt etiam nomen proprium loci in Lacedæmone, ubi Caſtores terra abſorpti, rurſus emerſiſſe, vel prognati eſſe traduntur.

Φῦσιόω, *inflo, anhelo, ſufflo.* Iliad. δ. v. 227.

> Καὶ τοὺς μὲν θεράπων ἀπάνευθ' ἔχε φυσιόωντας.
>
> *Et hos quidem miniſter ſeorſum tenebat anhelantes.*

Φῦσώδης, εος, (ὁ καὶ ἡ), *ventoſus, inflationem pariens.*

Φῦταλιὰ, ᾶς, (ἡ), *vinea, locus arboribus conſitus, hortus, arbuſtum.* Iliad. ε. v. 195.

> Καὶ μὴν οἱ Λύκιοι τέμενος τάμον ἔξοχον ἄλλων,
> Καλὸν φυταλιῆς καὶ ἀρούρης, ὄφρα νέμοιτο.
>
> *Quin ei Lycii portionem agri dederunt præſtantem ceteris,*
> *Amœnam & vitiferam, & amabilem, ut coleret.*

Φῦταλιάζω, *planto.*

Φῦταλίδαι, nomen herbæ, & omnia quæ naſcuntur.

Φῦτάλιμος, ῦ, (ὁ), *ſativus.*

Φῦτάμιος, ῦ, (ὁ), *ſator, progenitor.* Iovis epitheton.

Φῦτάομαι, *genero, produco, pario.* Heſiod. in Theogon.

> . . Κεφάλῳ φυτήσατο φαίδιμον υἱόν.
>
> . . *genuit pulcrum filium.*

Φῦτεία, ας, (ἡ), *plantatio, ars plantandi, conſitio.*

Φῦτευμα, τος, (τὸ), *planta*, vel *arbuſtum.*

Φῦτευτήριον, ῦ, (ὁ), *plantarium* Plin. *ſeminarium* Columell. Dicitur etiam φυτώριον. Conſtantinus Geoponicῶn lib. 5.

Φῦ-

Φῠτεύω, *planto*, *produco*, *ſero*. Item *genero*, *gigno*, *procreo*. Heſiod. & Ariſtoph. in Veſpis. Quandoque corripitur, ut Odyſſ. lib. ξ.

. . κατὰ δὲ μνηςῆρσι φύτευεν.

Serebat . .

Φῠτηκόμος, ȣ, [ὁ], *qui plantas curat*, *ſator* Plin.

Φύταος, ȣ, (ὁ), *germinationis auctor*: Solis cognomen, Heſych.

Φῠτοκομέω, *plantandi ſtudio teneor*.

Φῠτοκόμος, ȣ, (ὁ), *ſerendi ſtudioſus*.

Φῠτὸν, ȣ̃, [τὸ], *planta*, *propago*, *ſtirps*, *virgultum*, *arbor*: generalius eſt quam δένδρον. Iliad. σ. v. 57.

Τὸν μὲν ἐγὼ θρέψασα, φυτὸν ὡς γȣνῷ ἀλωῆς.

Quem ego educatum, ut plantam, &c. Et Iliad. ξ. v. 123.

. . πολλοὶ δὲ φυτῶν ἔσαν ὄρχατοι ἀμφὶς.

. . *multique plantarum erant ordines ſeorſum*. Producitur Coluthο v. 122.

Καὶ χορὸν εὐκελάδων δονάκων ἐπὶ φυτȣ̃ ἐάσας.

Et choro bene-ſonantium arundinum in plantis relicto.

Φῠτοσπόρος, ȣ, [ὁ], *prolificus*, lib. 5. Epigr.

. . ἔφαινε φυτοσπόρον.

. . *apparuit prolificum*. Aliquando pro parente capitur & patre.

Φῠτȣ́ργημα, τος, [τὸ], *inſitum*: *locus conſitus*.

Φῠτȣργέω, *plantas colo*, & *ſero*, & *curo*.

Φῠτȣργὸς, ȣ̃, (ὁ), *ſator*. Dionyſ. Perieg. v. 997.

. . ȣ̓δὲ μὲν ὕλην

Παντοίην φυτȣργὸς ἀνὴρ ἀπεμέμψατο καρπῶν.

. . *neque ſane ſylvam*

Omnigenam fructuum vituperavit ſator.

Φῠτωρ, ορος, (ὁ), *ſator*, *genitor*.

Φύω, *planto*, *produco*, *gigno*. Iliad. α. v. 235.

φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν.

Producet, *poſtquam primum truncum in montibus reliquit*. Sed corripitur Theocr. Idyll. δ. v. 24.

Καὶ ποτὶ τὸν Νήαιθον· ὅπα καλὰ πάντα φύοντι.

Et ad Neæthum: *ubi præclara omnia naſcuntur*. Hîc nota, quæ ab hoc themate derivantur, quandoque produci, & interdum corripi a Poetis pæne ad libidinem. Quare, ut tutius & rectius ſcribas, uſum potius, quam Etymon, tamquam magiſtrum, ſequêris. Illud vero omnino damnatur, neque imitatione dignum eſt, quod Coluthus tertiam in νεόφυτος produxerit.

X

Χᾰλαζα, ης, (ἡ), *grando*. Iliad. ο. v. 171.
Ὡς δ᾽ ὅταν ἐκ νεφέων πτῆται νιφὰς, ἠὲ χάλαζα.
Ut cum ex nubibus volat nix, aut grando.

Χᾰλαζοβολέω, *grandine ferio*, in Epigr. lib. 7.

Χᾰλαίνω, *laxo*. Heſiod. α. v. 380.
Ρυτὰ χαλαίνοντες . .

Χᾰλεπαίνω, *ſucceſeo*. Iliad. ι. v. 512.

Χᾰλεπὸς, ȣ, [ὁ], *difficilis*, *moleſtus*. Iliad. ε. v. 391.

Χᾰλεπῶς, *difficulter*. Iliad. υ. v. 186.

Χᾰλέπτω, *damno afficio*. Odyſſ. δ. v. 423.

Χαλκελάτος, ȣ, [ὁ], *æreus*, in Epigr. lib. 10.

Χᾰλῑνά, [τὰ], *funes nautici*, Opp. Κυνηγ. β. v. 140.
Ενθεν μὲν βορέαο τεμὼν ἀργῆτα χαλινά.
Hinc Boreæ ſecans candida frena.

Χᾰλῑνὸς, ȣ, [ὁ], *frenum*, in Plur. χαλινοὶ, & χαλινα apud Poetas. Χαλινοὶ translate, *dentes*, Nicand. in Alexipharm. Et Iliad. τ. v. 59.

Χᾰλῑνόω, *freno*. Phocyl. v. 52.
Μὴ προπετὴς ἐς χεῖρα, χαλίνȣ δ᾽ ἄγριον ὀργήν.
Ne ſis præceps ad manum, ſed frena ferocem iram.

Χᾰλις, ιδος, [ἡ], *merum*. Athen. lib. 1.

Χᾰλιφρονέων, οντος, (ὁ), *ſtultus*. Odyſſ. ψ. v. 13.

Χᾰλίφρων, ονος, (ὁ), *idem*. Odyſſ. δ. v. 371.

Χᾰλιφροσύνη, ης, (ἡ), *mollities*, *animi remiſſio*. Odyſſ. π. v. 310.

Χᾰλῑνωτήρια, [τὰ], ut χαλινωτήρια νεῶν, *navium retinacula*, Euripides in Hecuba. Sic Virgil. 7. Æneid.
. . *Claſſique immittit habenas.*

Χαλκῐδῖτις, ιδος, (ἡ), meretrix a vilitate nummi, qui pendebatur, quam *diobolare ſcortum* dixit Plautus. Chalcidenſes enim avari audiebant. Euſtath. Hinc χαλκιδίζειν, Suid. *ſordidum eſſe*, & *præparcum*.

Χαλκῖτις, εως, & ιδος, [ἡ], *Chalcitis*, medicamenti genus ſic dictum, quod æris rubri colorem habeat.

Χαλκογλώχιν, ῖνος, *habens angulos æreos*, vel *cuſpidem æream*, Iliad. χ. v. 225.

Χα

Χαλκοκνήμιδες, [οἱ], *ferreas, æreaſve habentes tibias*. Χαλκοκνήμιδες Ἀχαιοί. Iliad. η. v. 41.

Χαλκοπάρηος, vel

Χαλκοπάρειος, ου, (ὁ), *habens maxillas æreas*. Iliad. μ. Pindarus etiam χαλκοπάραον ἄκοντα, dixit *præferratum jaculum*. Et Νεμέων ζ. Χαλκοπάραον γλῶσσαν, *ære*, vel *ferro acutam linguam*.

Χαλκοτυπος, ου, [ὁ], *ferro percuſſus, æreis typis excuſus*: unde χαλκότυποι σελίδες, *impreſſæ paginæ*, in Epigr.

Χαλκοχίτων, ωνος, (ὁ), *habens loricam æream*. Iliad. α.

. . ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων.

. . *ad naves Achivorum ære loricatorum*.

Χαμᾶδις, χαμαὶ, χάμαζε, *humi*. Iliad. γ. v. 300. & Iliad. δ. v. 482.

Χαμαιγενὴς, έος, (ὁ καὶ ἡ), *terra prognatus*, *terræ filius*. Heſiodus in Theogon.

Χαμαισύκη, ης, [ἡ], *ficus humilis*, *Chamæſyce*, & *Syce*, *herba peplo ſimilis*. Dioſc. lib. 4. cap. 170.

Χάονες, [οἱ], populi Epiri, a quibus Chaonia regio dicta, Plin. lib. 14. Ariſtoph. in Avib.

Χαονία, ας, (ἡ), *pars montana Epiri*; licet quandoque ſumatur pro tota Epiro.

Χαόνιος, ου, (ὁ), *Chaonius*.

Χαονίδες, canum genus ex chais, h. e. lupis cervariis conceptum, ut videtur ſentire Hermolaus in Plin. Veroſimilius tamen eſt a Chaonia regione dictos, quemadmodum & *Moloſſos* a Moloſſia. Chaonidum canum originem refert Iulius Pollux ad æneum canem a Vulcano fabricatum.

Χάος, εος, [τὸ], *Chaos*, *miſcella*, *confuſio*, *incondita congeries*. Heſiod. in Theog. v. 116.

Ἤτοι μὲν πρώτιστα Χάος γένετ' . .

Rerum principio Chaos exſtitit . . Et Ovidius:

Unus erat toto Naturæ vultus in orbe,

Quem dixere Chaos, rudis indigeſtaque moles. Χάος autem neque ex χαίνω *hio*, neque ex inuſitato themate χάω, quod voluit H. Stephanus, deducendum eſſe; ſed peregrinæ nativitatis eſſe in Oriente ſatum, ac proinde ex *Thohu* Moſaico, ex quo Tyrrhenicum ſive Phœnicium *Cohu* fluxit, *O* tantum in *A* mutato, repetendum eſſe doctiſſime oſtendit Cl. Mazochius, quem vide Diſſert. 1. de Chao, & Ovo primigenio pag. 178. & ſeqq.

Χᾱὸς, ȣ, [ὁ], *bonus*, *generoſus*, *priſcus*, *ἀρχαῖος*. Lacedæmoniorum peculiaris eſt dictio a Theocr. uſurpata Idyll. ζ. v. 5.

. . εἴπ πέρ ἐσθλὸν
Χαῶν τῶν ἐτ' ἄνωθεν . .
Si quid boni reſtat a generoſis illis nobilibus.

Χᾰρὰ, ᾶς, [ἡ], *gaudium*. Euripid.

Χᾰραγμα, τος, [τὸ], *inciſura* Plin. *character*. Sophocl. in Phœniſſ.

Χᾰράδρα, ας, (ἡ), *alveus*, *foſſa*. Iliad. δ. v. 454.

Χᾰραδραῖος, ȣ, (ὁ), ut *χαραδραῖα βέλεμνα* apud Nonnum, *tela e loco confragoſo lecta*, i. e. *lapides*, *&* *ſaxa*.

Χᾰράδριος, (ȣ), *rupex*, aviculæ nomen. Ariſtoph. in Avib. Vide proverb. Eraſmi: *Charadrium imitans*.

Χᾰραδεὺς, έως, *foſſa*, *vallum*, *canalis*, *vallis*, ſive *vallis depreſſa*, *torrentis alveus*. Hoc vocabulum inauditum eſt, & bis tantum in Tabulis Heracleenſibus occurrit. Nam *χαραδέως* quod affert H. Stephanus in Theſ. tom. 4. pag. 401. eſt adverbium, quod ipſe exponit *ἀθρόως* h. e. *Acervatim*, *Confertim*, ſive potius *Impetuoſe*: ſed hoc nomen eſt, licet ab eadem ſit origine. Vide Cl. Mazoch. Comment. in Tabb. Heracl. p. 186. num. 21.

Χᾰράκωμα, τος, [τὸ], *palus præacutus*: item *perpetua præacutorum ſtipitum depactorum catena*, *qua caſtra muniebantur*; & id quod Græcis tum *χαράκωμα*, tum etiam *χάραξ*, Latinis non tantum neutro genere *Vallum*, ſed & maſculino *Vallus* vocatur, ut apud Cæſarem in III. Bell. Civ. 63. *Erat eo loco foſſa pedum* XV. & *Vallus contra hoſtem in altitudinem pedum decem*. Et Tibullus:

Non arces, *non Vallus erat* . .

Χᾰριδώτης, ȣ, (ὁ), *lætitiæ dator*, Bacchi epith.

Χᾰρίεις, εντος, (ὁ), *gratioſus*. Iliad. α. v. 39.

Χᾰριεντίζω, *jocor*. Ariſtoph.

Χᾰριεργὸς, ȣ, (ὁ), *gratioſus*, in Epigr.

Χᾰριν, idem quod ἕνεκα, *cauſâ*, *gratiâ*. Phocyl. v. 189.

Χᾰρις, ιτος, (ἡ), *gratia*. Iliad. δ. v. 95.

Χᾰριτες, [αἱ], *Gratiæ*. Iliad. ε. v. 338.

Ἀμβροσίȣ διὰ πέπλȣ, ὅν οἱ Χάριτες κάμον αὐταί.
Divinum per peplum, *quod ei Charites elaborarunt ipſæ*.

Χᾰριτογλωσσέω, *ad gratiam loquor*, uti vertit Eraſmus. Æſchyl.

Χάροπὸς, ϐ, (ὁ), *oculis decorus*. Aratus:

. . *χήτει χαροποῖο σελήνης.*

. . *defectu pulcræ aſpectu Lunæ*. Item *cæſius*, *cæruleus*, *fulvus*, aut *ravus*, qualis eſt color aquilarum, atque Leonum, quos *ravos* Latine dixeris, ut *ravam lupam* Horat. Carm. lib. 3. Ode 27. & Hom. Odyſſ. λ. v. 610.

. . *ἀγρότεροί τε σύες, χαροποί τε λέοντες.*

. . *ſylveſtreſque ſues, ravique leones*. Et Theocr. in Bucolic.

. . *ὄμματα . . χαροπώτερα πολλὸν Ἀθάνας.*

. . *Oculi . . magis cæſii quam ſint Minervæ.*

Χάρυβδις, εως, (ἡ), *Charybdis*, vortex maris. Odyſſ. μ. v. 430.

Χάρων, οντος, (ὁ), *Charon*, *Orci portitor*: quem & Orcum Latini appellarunt. Unde *χαρωνῖται*, ideſt *Orcini*: turba ſcilicet illa novorum Senatorum, qui poſt necem Cæſaris fraude Antonii in Senatum irrepſerunt, quos *εἰρωνικῶς Orcinos* dixerunt. Plutarch. in Anton. Quod & Sueton. in Auguſto memoriæ prodidit. Lycophr. & Ariſtoph. in Pluto.

Χατέω, *careo*, *egeo*. Odyſſ. γ. v. 48.

Χαυνοπολίτης, ϐ, (ὁ), *civis inflatus urbis ſuæ opinione & gloria*. Ariſtoph. in Avib.

Χειροδίκαι, (οἱ), *violenti*, *quibus jus eſt in manibus*, *& viribus corporis*. Ita Heſiod. lib. 1. *τῶν ἔργων* vocat ferreæ ætatis homines:

Χειροδίκαι, ἕτερος δ' ἑτέρϐ πόλιν ἐξαλαπάζει.

Præferoces, alter alterius urbem depopulatur.

Χελιδόνιον, ϐ, (τὸ), *chelidonium*, herba ita dicta a *χελιδών*, quod eo avium genere adveniente naſcatur, & diſcedente extinguatur: dicitur a Latinis *chelidonia*, de qua Dioſc. lib. 2. cap. 214. a Gaza *hirundinaria* lib. 7. cap. 14. hiſt. Plant. Theocr. Idyll. ιγ. v. 41.

Κυάνεόν τε χελιδόνιον, χλωερόν τ' ἀδίαντον.

Cæruleumque chelidonium, virideque adiantum.

Χελιδονία, ας, [ἡ], *hirundo*.

Χελιδονίας, ϐ, [ὁ], *piſcis*.

Χελιδών, όνος, [ἡ], *hirundo*. Odyſſ. χ. v. 240.

Ἕζετ', *ἀναΐξασα χελιδόνι ἰκέλη ἄντην.*

Sedit, ruens hirundini ſimilis contra. Et Anacr. Od. ιβ. v. 2.

Τί *κωτίλη χελιδών*;

Quid

Quid o garrula hirundo? Præterea χελιδὼν, piſcis apud Athen. lib. η. polypo ſimilis, *hirundo marina*, ut Gaza transfert apud Ariſtot.

Χελυνάζειν, *irridere*, Heſych.

Χελῦνη, ης, (ἡ), *labium*, *labrum*. Ariſtoph. in Veſpis:

. . *ὑπὸ ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων.*

. . *præ ira labrum mordens.*

Χελύνιον, ου, [τὸ], *labellum:* eſt etiam idem quod χελώνιον, *armus*, vel pars illa gibboſa, quæ in ſcapulis prominet, Poll.

Χελυνοίδης, [ὁ], *labeo*, Plin. *labroſus*.

Χειρόφυρὴς, έος, [ὁ καὶ ἡ], *manu ſubactus*, in Epigr.

. . *μάζης χειροφυρέα δαῖτα.*

. . *maſſam manu ſubactam.*

Χηραμὸς, οῦ, (ὁ), *latebra*, *ſeceſſus*, *antrum*. Iliad. φ. v. 495.

Χηραμοδύτης, ου, [ὁ], *luſtra ſubiens*, *in antris degens*, in Epigr. lib. 3.

Χηροσύνη, ης, [ἡ], *viduitas*. Apoll. Arg. δ. v. 1064.

Χιλεύω, *alo*, *paſco*, *pabula carpo*. Nic. in Theriac.

Ἵπποι χιλεύουσι . . h. e. *τρέφονται ἐσθίοντες*, *aluntur*, *ſaginantur comedentes*.

Χιλὴ, ῆς, [ἡ], *nutrimentum*, *materia eſculenta*.

Χίλια, (τὰ), &

Χίλιαι, [αἱ], *mille*. Heſiod. in Theogon.

. . *τρεῖς γὰρ χίλιαί εἰσι.*

. . *tres enim mille ſunt.*

Χιλιαρχέω, *tribuni officio fungor*.

Χιλιάρχης, ου, [ὁ], idem quod χιλίαρχος, *tribunus qui præeſt mille militibus*. Lycoph.

Χιλιὰς, άδος, (ἡ), *numerus mille continens*. Theocr. Idyll. ιζ. v. 84.

Τρεῖς δ' ἄρα χιλιάδες τετρακάσι ἐπὶ μυριάδεσσι,
Δοιαὶ δὲ τριάδες, μετὰ δὲ σφίσιν ἐνδεκάδες τρεῖς.
Tria inſuper millia ſupra triginta millia,
Duo item terniones, & præterea ter undecim.

Χιλιετὴς ὁ βίος, *decies centum annis vita ſervata*.

Χίλιοι, (οἱ), *mille*. Heſiod. in Theogon.

Χιλιοναύσολος, (ἡ), *claſſis mille navium*.

Χιλὸν, οῦ, (τὸ), &

Χιλὸς, οῦ, (ὁ), *pabulum*, *frumentum*, *triticum*, *cibus*. Dionyſ. Perieg. v. 791.

Δεινὸν ἀπὸ στομάτων βαλέειν σιαλώδεα χιλόν.

Τα

Tætrum e faucibus projeciſſe ſalivæ ſimilem ſuccum.

Χιλόω, *paſco*, idem quod χιλεύω, παχύνω, σιτίζω.

Χιλωτήρ, ῆρος, (ὁ), Heſych. *fiſcella, quæ ori equi* circumponitur e vertice loro, aut funiculo aliquo ſuſpenſa, in quam fœnum, aliudve pabulum conjicitur.

Χιόνεος, ου, (ὁ), *albus, niveus*. Opp. Κυνηγ. v. 188.

Χιονέης ἑκάτερθε περισχομένη στεφάνοισι.

Niveis utrinque ſecus diſtincta coronis. Producitur *licenter* propter tres breves.

Χιονίζω, *nive perfundo*.

Χιονοβάς, αντος, (ὁ), *per nives gradiens*.

Χιονοβόλος, ου, (ὁ), *qui nivem jactat*.

Χιονόκτυπος, ου, (ὁ καὶ ἡ), *nivibus percuſſus*. Sophocl. in Ajace.

Χιονόχρωος, ου, [ὁ], *niveus*. Eurip.

Χιονόω, *nivibus obruo, nive operio*: item *niveo colore imbuo*.

Χιονώδης, εος, (ὁ καὶ ἡ), *niveus, nivalis, nivoſus*, in Epigr.

Χῖος, ου, [ὁ], *Chius* Adject. ut χῖος οἶνος, *Chium vinum*. Dioſc. lib. 5. cap. 11. Χία ναῦς, *Chia navis*. Ariſtoph. in Avibus, & Theocr. Idyll. ζ. v. 47.

Χῖος, ου, [ὁ], *teſſerarum jactus, monadem tantum valens*, qui & κῶον dicitur. Χῖον ὁρῶντες ἀστράγαλον, *videntes taxillum Chium*, ideſt *cum uno puncto*, qui dicitur *as* vulgo, in Epigram.

Χῖος, ου, (ἡ), Inſula maris Ægæi. Hom. hym. in Apoll. v. 38.

Καὶ Χῖος, ἣ νήσων λιπαρωτάτη εἰν ἁλὶ κεῖται.

Et Chius, quæ Inſularum fecundiſſima, &c.

Χιτών, ῶνος, [ὁ], *tunica, amictus:* item *interula* Apulejo lib. 8. Valerius Maximus appellat *interiorem tunicam*; *ſubuculam*, & *induſium* dixit Varro. Iliad. ι.

. . ἔνδυνε περὶ στήθεσσι χιτῶνα.

. . *induit circa pectora tunicam*.

Χιτὼν πολύμιτος, *tunica polymita*, h. e. *plurimis liciis texta*. Hanc Latini *Multicia* (curtato vocabulo pro *multilicia*) appellant. Eam autem acu pictam fuiſſe docuit Martialis, qui XIV. 150. huic lemmati, CUBICULARIA POLYMITA, ſubjecit hoc diſtichon:

Hæc tibi Memphitis tellus dat munera: victa eſt
Pectine Niliaco jam Babylonis acus. Χιτὼν ποικίλος, *tunica varia, variegata*, ſive potius *picta*, ut

La-

Latine dicebatur. Quod enim in re veſtiaria apud Græcos ποικίλον appellabatur, id Latinis eſt *pictum*, aut *picturatum*. Hinc triumphantium *toga picta* Dionyſio Halicarn. ποικίλη ἁλουργὶς nuncupatur. Plutarchi in Apophth. τὰ ποικίλα στρώματα, Ciceroni *ſtragula picta*, Virgilio *picta tapeta* appellantur. Vide Cl. Mazoch. Diſſ. VI. de Tunica polymita ſive *Phaſſim* pag. 211.

Χιὼν, όνος, (ἡ), *nix*. Odyſſ. ξ. ἔπειτα χιὼν γένετο. Et Iliad. μ. v. 278.

Τῶν δ' ὥστε νιφάδες χιόνος πίπτουσι θαμειαί.

Horum autem, ſicut grumi nivis cadunt crebri.

Χοινίκη, ης, [ἡ], *modiolus rotæ*.

Χοινικὶς, ίδος, (ἡ), &

Χοινίκιον, ου, (τὸ), *modiolus* (a modii figura), inſtrumentum chirurgicum, quo os cranii vitiatum eximitur. Vocatur ab Hippocrate ὀρθοπρίων (ideſt *ſerra recta*) a Galeno χοινικίς.

Χοῖνιξ, ικος, (ἡ), *Semodius* Vallæ apud Herod. lib. 3. ubi conſtat chœnicem frumenti eſſe quantum homini uno die ſatis ſit. *Sextarium* Gaza vertit lib. 9. hiſtor. plant. Verum de hac voce vide omnino Cl. Mazoch. Comment. in Tabb. Heracl. pag. 175. §. 2. Hom. Odyſſ. τ. v. 28.

. . ὅς κεν ἐμῆς γε

Χοίνικος ἅπτηται . .

Qui meum modium guſtet . .

Χοῖνιξ, item pedicæ genus, ut *numellæ* Plauto: aliis *cippus*, vel *craſſa*, & *rotunda ligna*, in quæ crura immittebantur. Ariſtoph. in Pluto: dicuntur etiam χοινικίδες ab Interpr.

Χοιρίνη, vide φοιρίνη.

Χοιρῖναι, [αἱ], *conchæ marinæ*, quibus etiam in judiciis utebantur Athenienſes, αἱ θαλάσσιαι ψῆφοι, Comment. Ariſtoph. in Veſpis, & Equit.

Χονδρίτης, ου, (ὁ), ut χονδρίτης ἄρτος apud Athen. III. 26. *panis chondrites*, ſive *panis ex zeæ farina* factus, quem alii voce inaudita *cinarium* appellarunt, cujus in locum *cibarium* ſubrogandum putat Cl. Mazoch. tom. 1. Spicileg. Biblici pag. 136. num. 7. & 8.

Χρίω, *ungo*, *lino*. Odyſſ. σ. v. 193.

. . οἵῳ περ ἐϋστέφανος Κυθέρεια

Χρίεται εὖτ' ἂν ἴῃ Χαρίτων χορὸν ἱμερόεντα.

. . *quali bene coronata Venus*

Un-

Ungitur, quando adit Gratiarum chorum amabilem.

Χρονίων, ονος, (ὁ), *Saturnius*, Coluth. v. 76.

Ὡς ὁ μὲν Ἑρμάωνι πατὴρ ἐπέτελλε Χρονίων.

Sic quidem pater Saturnius Mercurio præcipiebat.

Χρῡσᾰλὶς, ἴδος, [ἡ], *eruca* dicitur, quando a motu ceſſat, nec cibum capit amplius. Gaza in Ariſtot. vertit *Aureliam*.

Χρῡσαμμος, ȣ, (ὁ), *aurea arena.*

Χρῡσαμπυξ, ῠκος, [ὁ], idem quod χρῡσᾰχᾰλῑνος, *habens auream habenam*, vel *frenum aureum*, vel *mitram*. Heſiod. in Theog.

Ἐξ ἧς αἱ Μȣσαι χρυσάμπυκες ἐξεγένοντο.

Ex qua Muſæ aureo crinali redimitæ exſtiterunt. Et Iliad. ε. v. 363.

Ὡς φάτο· τῷδ' Ἄρης δῶκε χρυσάμπυκας ἵππȣς.

Sic dixit: ei Mars dedit aureis frenis ornatos equos. De hac voce videſis, quæ eruditiſſime ſcripſit Cl. Dux Mich. Vargas Macciucca in Appendice tom. 1. hiſtor. Neap. pag. 408.

Χρῡσάνθεμον, &

Χρῡσανθέμιον, ȣ, (τὸ), Heſych. *flos aureus*. Latinorum eſt *Caltha*, vulgo *Soucy*, potiuſque *ſolſi*, quaſi *ſolſequium*: *Calendulam* vocant herbarii. Herba tenera eſt & fruticoſa, leves caules proferens & folia: multifidos flores, luteos (ideo dixit Virgilius

Mollia luteola pingit vaccinia caltha) ſplendentes admodum oculi rotundi ſimilitudine.

Χρῡσάορος, ȣ, (ὁ), *aureum enſem geſtans*. Iliad. ε. v. 509.

Φοίβȣ Ἀπόλλωνος χρυσαόρȣ, ὅς μιν ἀνώγει
Τρωσὶν θυμὸν ἐγεῖραι . .

*Phœbi Apollinis aureum enſem geſtantis, qui ipſum
juſſerat Trojanis animum excitare . .*

Χρῡσάσπις, ιδος, *cui eſt ſcutum aureum*, ſive *auratum*, qui mos erat Macedonum. Eurip. in Phœniſſ.

Χρῡσαςρᾰγᾰλος, (ȣ), ut χρυσαςράγαλος φιάλη, *phiala aureis aſtragalis cælata*, Sappho apud Pollucem.

Χρῡσαυγέω, *radio ut aurum, fulgeo.*

Χρῡσαυγὴς, έος, [ὁ ϰ ἡ], *aureus*. Sophocl.

Χρῡσελεφαντήλεκτροι ἀσπίδες, *auro, ebore, electro facti clypei*: dictio eſt Poetica.

Χρῡσένδετος, ȣ, (ὁ), *in auro ligatus*. Et *chryſendeta vaſa* dicuntur auro revincta pocula, aut gemmata, & aurea. Martialis:

. . te-

. . *tegunt chryſendeta mulli.*

Χρῦσεος, ȣς, [ὁ], *aureus*. Iliad. α. v. 15.

Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ . .

Aureo cum ſceptro . . Sed corripitur Iliad. θ. v. 42.

Ὠκυπέτα, χρυσέῃσιν ἐθείρῃσιν κομόωντε.

Celeriter volantes, aureis jubis comantes. Verum potius id Synæreſi dandum eſt.

Χρῦσηλᾰκᾰτος, ȣ, [ὁ], *habens aureas ſagittas*, vel *telum aureum*. Nam ἠλακάτη, *ſagitta* eſt. Iliad. π. v. 183.

Ἐν χορῷ Ἀρτέμιδος χρυσηλακάτȣ . .

In choro Dianæ aureo arcu inſignis . .

Χρῦσήλατος τρίπȣς, *tripus auro ductili factus*. Ariſtoph.

Χρῦσήνιος, ȣ, (ὁ ϗ ἡ), *habens auratas habenas*. Odyſſ. θ. v. 285.

Οὐδ' ἀλαοσκοπιὴν εἶχε χρυσήνιος Ἄρης.

Neque cæcam ſpeculationem tenuit aureo freno utens Mars.

Χρῦσήρης, εος, [ὁ ϗ ἡ], *aureus*, *auratus*, Eurip.

Χρῦσιδες, [αἱ], *aureæ crepidæ*, aut *phialæ*. Poll.

Χρῦσινος, ȣ, (ὁ), *aureus:* Euſtath.

Χρῦσιον, ȣ, (τὸ), *aurum:* τὰ χρυσία, *aurei nummi*.

Χρῦσῖτις, ιδος, (ἡ), terra ubi ſunt minuta fruſta auri, auri ſpuma: & lapis Lydius, quo aurum exploratur, dicitur χρυσίτις λίθος.

Χρῦσοβᾰλᾰνος, ȣ, (ὁ), aliis eſt *nux moſchata*; aliis vero *Myrobolanus flavus*, *ſive citrinus dictus*.

Χρῦσοβᾰφὴς, έος, (ὁ ϗ ἡ), *auratus*.

Χρῦσοβέλεμνος, ut χρυσοβέλεμνος Ἀπόλλων, *aureis ſagittis utens Apollo*, in Epigr.

Χρῦσόδετος, ȣ, [ὁ], *auro ligatus*. Lycophr.

Χρυσόθεμις, ιδος, (ἡ), *Chryſothemis*, filia Agamemnonis, & Clytemneſtræ. Iliad. ι. v. 207.

Χρῦσόθρονος, ȣ, [ὁ], *aureum thronum habens*. Iliad. α. v. 611.

Ἔνθα καθεῦδ' ἀναβὰς· παρὰ δὲ χρυσόθρονος Ἥρη.

Illic dormivit cum aſcendiſſet : juxtaque aureum thronum habens Iuno.

Χρῦσοκέρεος, ȣ, (ὁ), *qui habet aurea cornua*.

Χρῦσόκερως, ωτος, (ὁ), *coronatus auro*, *ſive auro coagmentatus*, Eurip. Χρυσόκερως ἔλαφος, dictus cervus, qui captus fuit ab Hercule, Poll.

Χρῦσοκόμης, ȣ, [ὁ], *auream habens comam*. Heſiod. in Theog.

Χρυσοκόμης δὲ Διώνυσος: & χρυσοκόμης ὑμεναῖος, in Epigramm.

Χρῡσολᾶβὲς ξίφος, *enſis habens aureum capulum*, aut *manubrium*. Menand.

Χρῡσόλιθος, ου, (ὁ), *chryſolithus*, lapis pretioſus. Orph. in Lun.

Χρῡσόλογχος, ου, (ὁ), *auream lanceam geſtans*, Pollucis epitheton apud Euripidem, & Ariſtoph. in Avib.

Χρῡσόλοφος, ου, (ὁ), ut χρῡσόλοφοι δράκοντες, *dracones aureis jubis & criſtis*. Ariſtoph.

Χρῡσολῡρης, ου, [ὁ], *habens auream lyram*. Orph. hym. in Sol.

Χρῡσομᾰνὴς, έος, (ὁ καὶ ἡ), *auri inſano amore captus, avarus*. Χρυσομανὴς μελέτη, in Epigr.

Χρῡσόμφᾰλος, ου, (ὁ), ut χρυσόμφαλος φιάλη, *phiala cui umbilicus eſt aureus*, Sappho apud Poll.

Χρῡσόος, vel contracte, χρυσοῦς, οῦ, (ὁ), *aureus, auro ſolidus* dicitur a Virgilio. Χρυσῆ Ἀφροδίτη, ideſt, καλὴ, *pulcra*: χρυσῆν Ἀφροδίτην dixit Homerus ex hiſt. Ægyptiaca: noverat enim in Ægypto *Veneris aureæ* lucum, ut ſcribit Iuſtinus Martyr Orat. ad Gentiles.

Χρῡσοπέδῑλος, ου, (ὁ), epith. Iunonis. Odyſſ. lib. λ. χρυσοπέδιλος Ἥρη, *Iunó habens aureos calceos*.

Χρῡσοπλόκᾰμος, ου, [ὁ], *auream habens comam*. Homer. hym. in Apoll. v. 205.

Χρῡσόπτερος, ου, (ὁ), *aureas habens alas*. Iliad. θ. v. 205.

Χρῡσόῤῥαπις, εως, [ὁ καὶ ἡ], *habens baculum aureum, aureo caduceo inſignis*, epitheton Mercurii. Odyſſ. κ. v. 277.

Ενθά μοι Ἑρμείας χρυσόῤῥαπις ἀντεβόλησεν.
Ibi mihi Mercurius aurea virga obviam venit.

Χρῡσοῤῥόας, ου, (ὁ), *Pactolus amnis, a ramentis auri, quæ fert*. Eurip.

Χρῡσοῤῥήμων, ονος, (ὁ), *qui aurea verba loquitur*.

Χρῡσόῤῥῠτος, ου, (ὁ καὶ ἡ), *aurifluus*, apud Æſchyl.

Χρῡσὸς, οῦ, [ὁ], *aurum*. Χρυσὸς ἄπεφθος, *aurum recoctum, aurum purum putum, obryzum*, Poll. Iliad. β. v. 872. & Phocyl. v. 40.

Χρυσὲ κακῶν ἀρχηγὲ, βιοφθόρε, πάντα χαλέπτων.
O aurum malorum dux, vitæ corruptela, omnia labefactans.

Χρυσὸς, ȣ, [ὁ], *piſcis aurei coloris*, ut tradit Plin. a quo *Chryſos* dicitur, diverſus ab Aurata, qui eſt *χρύσοφρυς*, de quo Athen. lib. 6.

Χρῡσοςέφᾰνος Ἥβη, in Epigr. *Hebe* ſive *Iuventa corona aurea caput redimita*.

Χρῡσόςομος, ȣ, (ὁ), *habens os aureum*, cognomen quod merito Divo Iohanni Conſtantinopolitano Patriarchæ inditum fuit ob auream ejus eloquentiam.

Χρυσοτέκτων, ονος, [ὁ], *aurifex*, in Epigr. corripitur.

Χρῡσοτόρευτα, [τὰ], *vaſa aurea ſculpta*, Suid.

Χρῡσοφαὴς, έος, (ὁ ϗ ἡ), *qui eſt lucis aureæ*, *auratus deſuper*, *auro intertextus*. Eurip. in Hecuba.

Χρῡσοφορεῖν, *aurum geſtare*. Sotad.

Χρῡσοφόρος, ȣ, [ὁ], *aurifer*. Χρυσοφόρον aliqui vocant *electrum* teſte Dioſc.

Χρῡσοφρυς, υος, [ὁ], *aurata piſcis*. Athen. lib. 4.

Χρῡσοχᾰλῑνος, ȣ, (ὁ), *auro frenatus*, *aureo freno ornatus*, & de Sole dicitur, in Epigr.

. . Χρυσοχάλινον ὁρᾷ φάος ἠελίοιο.

Χρῡσοχόος, ȣ, [ὁ], *aurifex*, *aurarius faber*. Odyſſ. γ. v. 425.

Εἷς δ' αὖ χρυσοχόον Λαέρκεα δεῦρο κελέσθω
Ἐλθεῖν, ὄφρα βοὸς χρυσὸν κέρασιν περιχεύῃ.
Unus iterum aurificem Laërceum huc jubeat
Venire, ut bovis aurum cornibus circumfundat.

Χρῡσώπιδες ἰχθύες, piſces in quibus aureæ notæ refulgent. Ariſtoph.

Χῡλίζω, *ſuccum elicio*, *ſuccum exprimo*.

Χῡλισμα, τος, (τὸ), *ſuccus expreſſus*, *liquamentum*.

Χῡλισμὸς, ȣ, (ὁ), *ſuccus*.

Χῡλὸς, ȣ, [ὁ], *ſuccus*, *humor*. Dionyſ. Perieg v. 791.

Δεινὸν ἀπὸ στομάτων βαλέειν σιαλώδεα χυλὸν.
Tetrum e faucibus projeciſſe ſalivæ ſimilem ſuccum.

Χῡμὸς, ȣ, (ὁ), proprie *ſapor*. Eſt & χυλὸς, *ſuccus*, *humor*. Damaſcenus.

Χῦτὴ, ῆς, [ἡ], *caverna*, vel *terra*, *quæ aggeritur mortuorum ſepulcris*. Nonn. ιβ. v. 327.

Πετραίην βαθύκολπον ἐδύσατο γείτονα χυτήν.
Saxeam profundam ſubiit vicinam cavernam. Sed corripitur Iliad. ζ. & ψ.

Χωρίτης, ȣ, (ὁ), *agreſtis*, in Epigr.

Χωρῖτις, (ἡ), *indigena*, *villica*.

Ψά-

Ψ

Ψᾰκὰς, ᾰ́δος, (ἡ), *gutta*, *ſtilla*. Ariſtoph. in Pace.
Ψᾰλάσσω, *attrecto*. Lycophr.
Ψᾰλίζω, *forficibus reſeco*. Anacr. Ode ιβ.
Ψᾰλίον, ου, (τὸ), *frenum*. Ariſt. in Pace.
Ψᾰλὶς, ῐ́δος, [ἡ], *forfex*, in Epigr. lib. 2.
Ψᾰφᾰρὸς, ȣ̃, (ὁ ϗ ἡ), & ψάφαρος, *tenuis*, in Epigr.
Ψᾰφᾰρόθριξ, (χος), ut ψαφαρόθριχα μῆλα, *oves tenui lana*. Hom. hym. in Pan.
Ψᾰφᾰρόχροος, ου, (ὁ), *ſqualidus*, ut ψαφαρόχρουν κάρα, *ſqualidum caput*, Eurip.
Ψᾰμᾰ́θη, ης, [ἡ], *Pſamathe*, una ex Nereidibus, Phorci mater, Heſiod.
Ψᾰ́μᾰθος, ου, (ὁ), vel ἡ, *arena*, *ſabulum*. Ariſtoph. in Acharn. & Iliad. ι. v. 38.
Ψὰρ, ᾱρὸς, [ὁ], *ſturnus*, *genus avis*. Iliad. v. 755.
Τῶν δ' ὥς τε ψαρῶν νέφος ἔρχεται, ἠὲ κολοιῶν.
Horum ſicut ſturnorum nubes venit, aut graculorum.
Ψᾰρὸς, ȣ̃, [ὁ], *velox*. Eſt etiam coloris ſpecies, ποικίλος: unde ψαρὸς ἵππος apud Ariſtoph. νεφ.
Ψευδόχρῡσα, [τὰ], *aurum arte mentientia*.
Ψηφὶς, ῖδος, (ἡ), *lapillus*, *calculus*, *ſcrupulus*, ſecunda longa in obliquis, in Epigr. ubi etiam pro gemma accipitur.
Ψῐθυρίζω, *ſuſurro*: dicitur de hominibus in aurem ſuſurrantibus: vel de foliis arborum vento agitatis; quod vult interp. Theocriti Idyll. α. v. 1.
Ἀδύ τι τὸ ψιθύρισμα . .
Dulcis ſuſurrus . . Sed Pollux hoc hirundinum proprium eſſe ait lib. 5. ubi dicit κίττας κιτταβίζειν, χελιδόνας ψιθυρίζειν, ἀηδόνας εὐστομεῖν &c. Id haud dubie eſt *trinſare*: nam ſic auctor Philomelæ carminis:
Pupillat pavo, trinſat hirundo vaga.
Ψῑλὸς, ȣ̃, (ὁ), *tenuis*, *nudus*, *purus*, *gracilis*. Iliad. ι. v. 576.
Ἥμισυ δὲ, ψιλὴν ἄροσιν πεδίοιο ταμέσθαι.

Dimidium autem non conſiti arabilis agri ſeparatum accipere. Et Odyſſ. *ν.* v. 436.

Ἀμφὶ δέ μιν μέγα δέρμα ταχείης ἕσσ' ἐλάφοιο ψιλὸν . .

Circum autem ipſum magnam velocis induit cervi nudam.

Ψιλίζω, *nudo.*

Ψιλῖται, (οἱ), *levis armaturæ milites*, *Velites*, quos & γυμνῆτας Græci vocarunt, nimirum *veris armis* (puta lorica ſcutoque) *nudatos*. Sed de hac voce vide omnino Cl. Mazoch. Comment. in Tabb. Heracleenſ. pag. 238. num. 45.

Ψιλὴ γῆ, *terra arboribus nuda*, cui opponitur γῆ πεφυτευμένη. Et Hom. loc. ſupra laud. ἄροσιν ψιλήν, vocavit *nudum plantis arvum*. Qua notione ſæpe accipitur in Tabb. Heracleenſibus, quod videſis apud eundem Mazoch. pag. 146.

Ψιλοδάπιδες, [αἱ], *tapetes tonſis villis*, Suid. apud Heſych.

Ψιλοκόρσης, ου, [ὁ], *qui raris eſt capillis*, *recalvaſter*. Apud Suid. ſcribitur ψιλοκόρης.

Ψιλομετρία, ας, (ἡ), *carminis tenuitas.*

Ψιλοτάπητες, (οἱ), *comptiores tapetes*, *qui villis carent*, *non villoſi.*

Ψιλόω, *nudo*, *denudo*, *exſuo*, *depilo*, *evello pilos*.

Ψίλωθρον, ου, (τὸ), *Pſilothrum*, *unguentum depilatorium*. Theophraſt. lib. 9. cap. 22. hiſt. plant. & Nic. in Alexiph.

Ψιλῶς, *leviter*, *ſimpliciter*, *nude.*

Ψίλωσις, εως, [ἡ], *depilatio*, *evulſio pilorum.*

Ψιχάρπαξ, γος, [ὁ], *micarum raptor*. Βατραχ. v. 24.

Τὸν δ' αὖ ψιχάρπαξ ἠμείβετο, φώνησέν τε.

Huic autem rurſus Pſicharpax reſpondit, dixitque.

Ψίξ, ιχὸς, (ἡ), *mica.*

Ψίχα, &

Ψίχιον, ου, [τὸ], *idem.*

Ψιχώδης, εος, [ὁ καὶ ἡ], *minutus*, *micæ inſtar*, Euſtath.

Ψίχω, *cibo præmanſo nutrio*, *tenuo*, *ſeco*, *divido.*

Ψυχίδιον, ου, (τὸ), *animula.*

Ψυχάριον, ου, [τὸ], *idem.*

Ψυχικὸς, ῦ, [ὁ], *animalis*, *humanus*, cui opponitur, ὁ πνευματικός; hinc ψυχικὰ πάθη, *animi affectiones.*

Ψυ-

Ψῡχοδαΐκτης, ου, (ὁ), ut ψυχοδαΐκτης βάκχος, *animorum diremptor*, in Epigr.

Ψῡχοδοτὴρ Ἀπόλλων, ibidem.

Ψῡχόλεθρος, ου, [ὁ], *pernicies animarum*, Suid.

Ψῡχομαι, *refrigeſco, inalgeſco, reſtinguor*, in Epigr.

Φορβῆς ἡ μανίη ψύχεται αὐτομάτως.

Eſcæ furor ſponte reſtinguitur.

Ψῡχομαντεῖον, ου, (τὸ), *Pſychomantium*, locus in quo animæ reddunt oracula.

Ψῡχομᾰχεῖν, *uſque ad extremum ſpiritum pugnare.*

Ψῡχομαχία, ας, [ἡ], *acris ac vehemens contentio.*

Ψῡχορραγέω, *frigore pereo, animo deficio.*

Ψῡχορρᾰγοῦντες, [οἱ], *frigore pereuntes.*

Ψῡχος, εος, (τὸ), *frigus, tempus frigidum, algor, gelu.*

Ψῡχοςόλος ἠχώ, a Nonno dicitur vox Chriſti animas inſtruens, aut mittens.

Ψῡχοτᾰκὴς, έος, [ὁ καὶ ἡ], *animum liquans, animum macerans*: in Epigr. ψυχοτακῆ δάκρυα.

Ψῡχότροφον, ου, (τὸ), *Pſychotrophum*, herba ſic dicta, quod frigidis locis gaudeat, Dioſc. lib. 4. cap. 2.

Ψῡχοτρόφος, ου, (ὁ), *frigidis gaudens*. Orph.

Ψῡχοφθόρος, ου, (ὁ), *lethifer*. Ibidem.

Ψῡχόω, *animo*. Lib. 4. Epigr. Τίς λίθον ἐψύχωσε; *quis lapidem animavit?*

Ψῡχω, *frigefacio, poſt calorem recreo, refrigero*. Theocr. Idyll. β. v. 106.

Ω

Ωβάτης, ου, (ὁ), *contribulis*. Th. ὠβὴ, quæ apud Lacedæmonios erat ſubdiviſio tribûs. Apud illos enim juxta Lycurgi inſtituta populus diviſus fuit in tres φυλὰς, h. e. tribus; ſingulæque tribus in denas ὠβὰς, ideſt *Curias*.

Ὠγαθὲ, *o bone*, pro ὦ ἀγαθέ. Scribitur etiam ὤγαθέ. Theocr.

Ὤγυρις, ιος, [ἡ], *Ogyris*, Inſula apud Plin. lib. 6. cap. 28. & apud Melam lib. 3. cap. 7. qui pariter affirmant Erythræ regis monumento claram fuiſſe. Dionyſ. Perieg. v. 607.

Ἔστι δέ τοι προτέρω Καρμανίδος ἔκτοθεν ἄκρης
Ὤγυρις . .
Eſt autem tibi ulterius, Carmaniæ extra promont.
Ogyris . .

Ὠγυγία, ας, (ἡ), Inſula Calypsûs, in mari Auſonio, ante Lacinium promont. ita dicta ab Ogyge Thebanorum Rege, ubi Vlyſſes a Calypſo Nympha hoſpitio exceptus eſt. Plin. lib. 3. cap. 10. Apud Dionyſ. Perieg. v. 911. Tyrus dicitur Ὠγυγίη, h. e. *vetuſta*.

Καὶ Τύρον Ὠγυγίην . .

Ὠδίνω, *parturio*, *pario*. Iliad. λ. v. 269.

Ὡς δ' ὅταν ὠδίνουσαν ἔχῃ βέλος ὀξὺ γυναῖκα.
Ut cum parturientem tenet telum doloris acutum mulierem. Et Coluthus v. 96.
Πολλάκις ὠδίνουσι, καὶ οὐ θνήσκουσι γυναῖκες.
Sæpe dolent, nec tamen moriuntur mulieres.

Ὠδὶν, & ὠδὶς, ῖνος, *dolor partus*, *partura* Varron. *partitudo* Plaut. Iliad. λ. v. 271. & Odyſſ. ι. v. 415.

Ὠκεανῖτις, ης, [ἡ], *Oceanitis*, *Oceani filia*. Heſiod. in Theog. poteſt etiam *Oceanis* Latine dici.

Ὠκεανῖτις, ιδος, [ἡ], *Oceani filia*: quare male legitur a quibusdam in quarto Georgicorum, *oceanides ambæ*, cum ſit legendum: *oceanitides ambæ*. Nam *oceanus* antepenultimam, & penultimam corripit.

Ὠκεανὸς, οῦ, [ὁ], *Oceanus*, *mare ambiens orbem terrarum*. Dionyſ. Perieg. v. 3.

Μνήσομαι Ὠκεανοῖο βαθυῤῥόου· ἐν γὰρ ἐκείνῳ

Πα-

Πᾶσα χθὼν, ἅτε νῆσος ἀπείριτος, ἐςεφάνωται.
Memorabo Oceanum profunde fluentem: illo enim
Tota tellus, ſicut inſula immenſa, eſt cincta.

Ωκύαλος, ε, [ὁ ϰ ἡ], *velox in mari*, epith. navis. Iliad. ο. v. 705.

Ωκυβόλος, *pernix*, Gaza ex Ariſtot. de Aquila. Item *celeriter feriens*, ὠκυβόλες χεῖρας, *manus celeriter ferientes*, in Epigr.

Ωκυδήκτωρ ῥίνη, *lima cito mordens*, in Epigr.

Ωκυεπὴς, ἑος, [ὁ ϰ ἡ], *celeriter loquens*, in Epigr.

Ωκύθοος, ε, (ὁ), *rapidus*, *celer*, in Epigr.

Ωκύμον, ε, (τὸ), *ocymum* Varroni, h. e. pabuli, & farraginis genus: non ſimplex herba; ſed ex miſcellâ ſeminum herbarumque varia multitudo celeriter enata ad jumentorum pabulum: unde a celeritate creſcendi nomen inditum, ἀπὸ τῦ ὠκύς.

Ωκύμορος, ε, (ὁ), *cito periturus*. Iliad. α. v. 417.
. . ὠκύμορος ϰ ὀϊζυρὸς περὶ πάντων.
. . *cito moriturus*, *&* *infelix præ omnibus*.

Ωκυπέτης, ε, [ὁ], *celeriter volans*. Heſiod. in Theog. ὠκυπέτης ἴρηξ, pro ἱέραξ, *accipiter celeriter volans*.

Ωκυπόδης, ε, [ὁ], *velox*, *pernix*, in Epigr.

Ωκυπέδιλος, ε, [ὁ], *velox pedibus*. Nonn. ιγ. v. 320.
Εἶπε, ϰ ὠκυπέδιλος ἀπὸ χθονὸς εἰς χθόνα βαίνων.
Dixit, *&* *velox pedibus e terra in terram tranſiens*.

Ωκύπορος, ε, [ὁ], fluvii, vel navis epith. quod celeriter, vel rapide feratur. Odyſſ. ξ. ὠκυπόροισι νήεσσι.

Ωκύπες, οδος, ε, [ὁ], *celer pedes*. Heſiod. ἵπποις ὠκυπόδεσσι.

Ωλεσίθυμος, ε, [ὁ ϰ ἡ], *noxius animo*.

Ωλεσίκαρπος, ε, [ὁ], epitheton ſalicum, quod fructus cito amittant. Plin. lib. 16. cap. 26. *Ocyſſime autem ſalix amittit ſemen*, *antequam omnino maturitatem ſentiat:* ob id dicta ab Homero *frugiperda*. Odyſſ. κ. v. 150.
Μακραί τ' αἴγειροι, ϰ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι.
Et proceræ populi, *&* *ſalices frugiperdæ*.

Ωλεσίοικοι, [οἱ], *nepotes*, *decoctores*, *aſoti*. Æſchyl.

Ωμίλει, imperf. *converſabatur*: th. ὁμιλέω.

Ωμοδάϊκτος, ε, (ὁ), *dilaniatus*.

Ωμόθυμος, ε, (ὁ), *ſævus*, *crudelis*, Sophocl. in Ajace.

Ωμοκράτης, ἑος, (ὁ ϰ ἡ), *fortis humeros*, Sophocl. in Ajac.

Ωμόσιτος, ε, (ὁ), *cruda comedens*. Eurip.

Ωμοτεὶβὴς, έος, [ὁ ϰ ἡ], ut ὠμοτεὶβὲς ἔλαιον, oleum ex nondum maturis olivis expreſſum, quod & ὀμφάκινον dicitur, Dioſc. lib. 1. cap. 26.

Ωμοχάρων, οντος, in Epigr. *crudelis Charon*.

Ωρειδώτης Ἀπόλλων, h. e. *horarum dator*, in Epigr.

Ωρεσίλοιπος, ου, [ὁ], *montes relinquens*. Ibidem.

Ωραῖκὸς, ὃ, [ὁ], *pulcher*, *tempeſtivus*. Ariſtoph. in Acharn.

Ωραῖκῶς, *tempeſtive*. Idem in Pluto.

Ωραῖος, ου, (ὁ), *maturus*, *tempeſtivus*. Odyſſ. ι. v. 131.

. . φέροι δέ κεν ὥρια πάντα.

. . *ferret autem omnia tempeſtiva*.

Ωρίων, ωνος, [ὁ], *Orion*, ſignum cæleſte apud Procl. de Sphæra:

Πληϊάδας θ', Ὑάδας τε, τό τε σθένος Ὠρίωνος.

Plejadaſque, *Hyadaſque*, *roburque Orionis*. Sed corripitur apud Anacr. ode ιζ.

Μὴ στυγνὸν Ὠρίωνα.

Neque inviſum Orionem. Quod & Latini ſecuti ſunt.

Ωρυδὸν, adverb. *luporum more ululando*. Nic. in Alexipharm.

Ωρυγὴ, ῆς, (ἡ), *ululatus*, *vociferatio*, *tumultus*, vox proprie canis.

Ωρύομαι, *rugio*, *lugeo*, *latro*, *ululo*, proprie luporum eſt. Theocr. Idyll. α. v. 71.

Τῆνον μὰν θῶες, τῆνον λύκοι ὠρύσαντο.

Illum ſane lycopantheres, *illum lupi ulularunt*.

F I N I S.

TRA-

TRACTATUS
DE
POESI GRAECORUM
AUCTORE
THOMA MORELL S. T. P.

CAP. I.
SECTIO I.
Definitiones.

TEMPUS (χρονος, ſive σημεῖον) eſt temporis, quod dum profertur ſyllaba, abſumitur, menſura.

Syllaba brevis eſt unius temporis, longa vero duorum.

Vocales naturâ { breves, ε, ο. longae, η, ω. ancipites, α, ι, υ.

Ex ſyllabis juſto ordine diſpoſitis fiunt pedes.

Eſt autem pes duarum ſyllabarum, pluriumve compoſitio, ex certa temporum obſervatione.

Pedum tria ſunt genera; quidam diſyllabi, alii triſyllabi, alii tetraſyllabi,

Diſyllabi ſunt quatuor { Pyrrichius, θεός. Spondaeus, ψυχή. Iambus, θεᾶ. Trochaeus, σῶμα.

Tri-

Triſyllabi ſunt octo	Tribrachys,	πολεμος.
	Moloſſus,	ευχωλη.
	Dactylus,	σωματα.
	Anapaeſtus,	βασιλεύς.
	Bacchius,	ανασσα.
	Antibacchius,	μαντευμα.
	Amphibrachys,	θαλασσα.
	Amphimacer,	δεσποτης.

Cum unus ſimplex pes, bis poſitus, compoſitum pedem fecerit, *Syzygia* dicitur; proprie, ſi diſpares jugati fuerint, ut *Trochaeus* cum Iambo; ſin pares, *Dipodiam*, aut, ut quidam, *Tautopodiam* efficiunt. Et in iis ſpatia temporum a Tetrachrono ad Octochronum, i. e. a quatuor temporibus ad octo, producuntur. Vnde apud Grammaticos formantur,

Proceleuſmaticus,	πολεμιος.
Diſpondaeus.	συνδυκλευσω.
Diiambus,	επιςατης.
Ditrochaeus,	δυςυχημα.
Choriambus,	σωφροσυνη.
Antiſpaſtus,	Αμαρτημα.
Ionicus a majore,	κοσμητορα.
Ionicus a minore,	πλεονεκτης.
Paeon primus,	Αςρολογος.
—— ſecundus,	Αναξιος.
—— tertius,	Αναδημα.
—— quartus,	Θεογενης.
Epitritus primus,	Αμαρτωλη.
—— ſecundus,	Ανδροφοντης.
—— tertius,	ευρυςενης.
—— quartus,	λαιβητῆρα

Duorum etiam pedum conjunctio, *Baſis* dicitur; veluti quidam greſſus pedum; ſeu fundamentum cujusdam verſûs.

Verſus eſt una integra pedum certo aliquo numero, & ordine constructio.

Minimus eſt Dimeter, maximus Hexameter; procedit autem dimenſio, vel per ſingulos pedes, ſive Monopodiam, vel per duos ſimul ſumptos, ſive Dipodiam. Dipodia ultra Trimetrum raro progreditur.

Appellatur Dimeter, Trimeter, Tetrameter, Pentameter, vel Hexameter, a numero pedum, vel Syzygiarum.

Pars verſûs, cum integræ fuerint Syzygiæ, *Colon* dicitur; cum imperfectæ *Comma*.

Cum

Cum verſus plenus fuerit, dicitur, *Acatalectus*; ſi ſyllaba deeſt, *Catalectus*; ſi pes deeſt, *Brachycatalectus*; ſi vero pes vel ſyllaba ſuperabundat, *Hypercatalectus*, ſive *Hypermetrus*.

Porro accidunt unicuique pedi, ſublatio, quæ *Aρσις* dicitur, & Poſitio, quæ *Theſis*.

Arſis, Theſiſque, non ſyllabarum numero, ſed ratione temporum penſatur: ſimplici ergo aut duplici, aut ſeſcupla ratione taxatur.

Simplici, cum verſus conſtat ex pedibus Dactylicis, vel Anapæſtis; quippe Dactylus, Spondæus, & Anapæſtus, ſunt quatuor temporum: Duplici, cum conſtat ex pedibus Iambicis, Trochaicis, Choriambicis, Ionicis, & Tribrachis; & Seſqui, in Bacchio, Palimbacchio, Amphibracho, Cretico, & Pæonibus.

De Arſi, & Theſi manat *Rhythmus*.

Rhythmus, *ῥυθμὸς*, eſt pedum temporumque junctura velox, diviſa in Arſi & Theſi, vel, tempus, quo ſyllabas metimur; Latine *numerus*.

Syllaba, a qua pes; & pes, a quo Syzygia; & Syzygia, a qua Comma; & Comma, a quo Colon; & Colon, a quo verſus naſcitur, aliquando *Metra* vocantur. Generaliter vero

Metrum eſt conceptio certis ac legitimis pedibus expedita. Vel, compoſitio pedum, ordine quodam decurrens, modum poſitionis, ſublationiſque conſervans.

Differt Metrum a Rhythmo, quod Metrum certa qualitate ac numero ſyllabarum, temporumque finitur, certiſque pedibus conſiſtit, ac clauditur; Rhythmus autem temporum, ſyllabarum, pedumque congruentia in infinitum multiplicatur, ac profluit.

S e c t. II.

De Figuris.

Aliæ ſunt dictionis, aliæ carminis.

I. Figuræ dictionis ſunt Apoſtrophus, Synæreſis, Diæreſis, Tmeſis, & Cæſura.

Apoſtrophus eſt eliſio vocalium, *α*, *ε*, *ι*, *ο*, in fine dictionis ante alteram in initio ſequentis, ut,

Ὡς ἐφατ᾽· ἐδδεισεν δ᾽ ὁ γερων — Il. *α*. 33.

Ali-

Aliquando etiam eliditur *αι* diphthongus,

Βυλομ' εγώ σοον εμμεναι — Ibid. 117.

Rarius, *οι*,

Ως μ' εθελεν φιλοτητι — Iliad. ζ. 165.

Et rariſſime longa vocalis, vel diphthongus *ϋ*.

Ειλαπιν', ηε γαμος — Odyſſ. α. 226.

Not. Eliſionem pro arbitrio negligunt Poetæ; ut,

Ω γυναι, η μαλα τῦτο επος — Il. γ. 204.

Atticis vero Poetis non licet ullam, ne *αι* quidem diphthongum elidere.

Initialis brevis poſt finalem longam non raro perimitur; ut,

Ω' γαθε — Theocr. 5. 16.

Εν δε δικαιοσυνη συλληβδην πᾶσ' αρετη 'στι - Theog. 147.

Elidunt etiam Poetæ brevem ante conſonam, præſertim in præpoſitione *παρα*, ut,

Παρ μὲν οἱ ὥρια κεῖται — Theocr. 15. 112.

Et in fine carminis utuntur Synalœpha, ſi dictio inſequentis membri a vocali incœperit, ut,

—— *ερυκεμεν ευρυοπα Ζην'*, *Αυτυ* — Iliad. θ. 206.

Synæreſis eſt duarum ſyllabarum in unam contractio.

Και σφεας φωνησας — Il. δ. 284.

Χρυσεῳ ανὰ σκηπτρῳ — Iliad. α. 374.

Syllabæ breves ita contractæ pro longa habentur.

Αυτος τ' αμφὶ νεκυι κατατεθνηῶτι μαχωμαι. Il. π. 526.

Interdum longa ante brevem colliditur.

Ειαρι πολεῖν — Heſiod. *εν εργ*. 460.

Longa etiam ante longam, & in diverſis dictionibus,

Η ασοκεν αμφὶ πυλησι — Il. ε. 466.

Et ſæpiſſime *η* ante *υ*,

—— *Η υχ ἅλις, ὅτα* — Il. ε. 349.

Diæreſis, (ſive Diazeuxis) eſt ubi ex unâ ſyllabâ diſſectâ fiunt duæ.

Εκτωρ δε Πριαμοιο παῖς — Il. γ. 314.

Tmeſis eſt vocis compoſitæ ſectio, una dictione vel pluribus interjectis,

—— *Κατα γαῖα καλυψε*. Il. ξ. 114.

—— *απὸ μεν φιλα ειματα δυσω* — Il. β. 261.

Cæſura ſyllabam brevem in fine dictionis, & initio pedis, extendit; eaque fit apud Græcos poſt ſingulos pedes Hexametri.

Oi

Οι δε μεγα ιαχοντες — Il. ξ. 421.
Σπεῦται γαρ τι επος ερειν — Il. γ. 83.

II. Figuræ carminis, ſunt Antipodia, Brachycatalexis, Catalexis, Hypercatalexis, & Dialyſis.

Antipodia eſt, qua pes pro pede ponitur, ut Spondæus pro Dactylo in quinto loco Hexametri.

—— γινεαι μεροπων ανθρωπων. Il. α. 250.

De Brachycatalexi, Catalexi, & Hypercatalexi, quas Græci nominarunt αποθεσεις, i. e. *Depoſitiones*, ſive *Terminationes*, dictum eſt ſupra, & frequentiſſime occurrent in ſequentibus.

Dialyſis eſt, qua dictio in fine poſita ita diſtrahitur, ut una pars in præcedente ſit verſu, altera in principio ſequentis,

—— απ' ωραν' αιθε
ρος δια μεσσω. Sapph. I.

CAP. II.

SECTIO I.

De Metrorum Generibus.

Metra principalia, Græc. Πρωτοτυπα & Αρχηγονα dicta, ſunt novem,

Dactylicum, Anapæſticum, Iambicum, Trochaicum, — Ex ſimplicibus pedibus;

Ionicum a majore, —— a minore, Choriambicum, Antiſpaſticum, Pæonicum, — Ex compoſitis.

Cetera ex his ſunt, quæ mutilata per cola, & commata, aut paribus agglutinantur ſibi, aut ſola ponuntur, & ſumunt nomina,

Ab inventoribus, ut, *Phalæcium*, *Sotadicum*;

Ab his, qui maxime frequentarunt, ut *Ariſtophanium*, *Aſclepiadeum*;

Ab uſu, ut, *Priapejum*;

A paſſione, ut, *Scazon*; aut,

A con-

A conjugatione ſimilium, ut, *Periodicum*; aut,
A certa mixtura diverſorum pedum; ut, *Proſodiacum*.
Innumera ſunt alia, quæ ab irregulari mixtura pedum *Aſynarteta* vocantur.

Sect. II.

De Dactylico.

Carmini Dactylico, Heroico, ſive Delphico, tamquam ex Proſodia Latina ſatis noto, non immorabimur; modo notandum eſt, hæc per *Monopodiam*, cetera per *Dipodiam* ſcandi moris eſſe; i. e. Dactylicum plenum eſſe Hexametrum, Iambicum [Lat. *Senarium*] modo Trimetrum.

Sect. III.

De Anapæſtico.

Carmen Anapæſticum, quatuor recipit pedes quatuor temporum,
Anapæſtum,
Dactylum,
Spondæum, & rariſſime
Proceleuſmaticum.

Anapæſticus verſus Monometer Acatalectus, qui etiam Baſis appellatur, in hunc modum variari poteſt,

Τινα Τρωϊαδων. Eur. Hec. 94. purus.
Ταδε θωϋσσων. Ib. 112.
Ποια δε πολις. Ib. 159.
Της δ' ὑπο γαῖαν. Ib. 146.
Συνδυλευσω. Ib. 202.
Ενθα νεκρῶν μετα. Ib. 208.

Ex Dimetris vero Anapæſticum ſyſtema fere conflatur.

Baſis, ſive Monometer, Parœmiacum plerumque præcedit. Parœmiacus ſententiæ finem occupat. Dictus autem ita fuit a παροιμια, quia plurimæ ſententiæ proverbiales in hoc metro circumferebantur.

Parœmiacus eſt, in ſyllabam Catalectus, i. e. ubi poſt tres pedes quatuor temporum una redundat ſyllaba communis; aut una deeſt ſyllaba ad implendum verſum, ut,

Τας

Τους σους δε πονους
Χρησω διαπαν | *τος ακου* | *σαι*. Æſch. Pr. 283.

Communem dico ſyllabam, quia ſententiam claudit, nec aliter alibi permiſſa eſt ultimæ ſyllabæ licentia; ſed ad hanc continuandi ſunt Anapæſti, aut pares Anapæſto pedes, ac ſi unus eſſet verſus: notandum vero, quod in Parœmiacis ſyllaba Catalectica ſoli Anapæſto debet ſubjici.

Sunt & alii Anapæſtici, ſc. Brachycatalecti, Hypercatalecti, & Catalecti, in ſyllabam, & diſyllabam. Hi vero in Choris, Monoſtrophis, & Pindaricis ſolummodo reperiuntur.

N. In ceteris metris vitioſum eſt, ſi ſinguli pedes partem orationis finiant, ſed in his bonum, ut,

Σφαγιον θεσθαι | *τυμβου δ' επιβας*. Eur. Hec. 108.
Δισσων μυθων | *ρητορες ησαν*. Ib. 123.

S E C T. IV.

De Iambico.

Carmen Iambicum Iambos ſolos primo admiſit; ut illud repertoris Archilochi,

Πατερ Λυκαμβ | *α, ποιον ουκ* | *φρασω λογον*. Sed cum hoc non modo ſcriptori operoſum eſſet, verum etiam auri, ob perpetuum ejusdem pedis recurſum, ingratiſſimum,

Tardior ut paulo graviorque veniret ad aures,
Spondæos ſtabiles in jura paterna recepit. Horat.

His ſemel receptis, aliis quoque data porta: nam prima Spondæi ſyllaba in duas breves ſolutâ, fit Anapæſtus; ſoluta ultima fit Dactylus; Tribrachys autem eſt Iambi ſolutio; hinc recipit jam,

In locis imparibus ſive ſiniſtris { Iambum, Tribrachyn, Spondæum, Dactylum, Anapæſtum,

In paribus, ſive dextris, i. e. in ſecundo & quarto, { Iambum, vel Tribrachyn,

Et in ſexto { Iambum, vel Pyrrichium; ob indifferentem ſyllabam.

Iam-

Iambicum ſyſtema fere ex Trimetris Acatalectis conflatur; ſed & alii ſunt, ut,

Monometer Acatalect. ſive Baſis

Ιω παλας. Eur. Hec. 2077.

Επεσ' επεσεν. Soph. Aj. 625.

Μομφαν εχων. Ib. 180.

Monometer Hypercatalect. ſive Penthemim.

Οσον ταχισ | α. Soph. El. 1458.

Αχεσι συνωδ | ος. Eur. Ph. 1543.

Dim. Brachycatalect. (Euripideus, Eupolidius.)

Τεκνων εμων! φυλαξ. Eur. Hec. 1087.

Dimet. Catalect. Hepthemimer, (Anacreonticus.)

Προσειπε δ' αλλ | ος αλλον. Eur. Or. 1428.

Dim. Acatalect. (Archilochius, Ariſtophanius.)

Δι' ασπιδων | δι' αιματων. Eur. Ph. 1311.

Trim. Catalect. (Hipponacteus.)

Εχων εμ' ώς | τε ναυσιπομπ | ον αὖραν. Eur. Ph. 1741.

Tetram. Brachycatalect. (Ariſtophanius.)

Γελως πονων | τε φαρμακον | μεγισον εν [βιῳ. *Scal.*

S E C T. V.

De Trochaico.

Carmen Trochaicum ad Iambicorum leges quam proxime accedit; admittit enim

In imparibus	Trochæum, Tribrachyn,
In paribus	Trochæum, Tribrachyn, Spondæum, Dactylum, Anapæſtum,

Eo tamen differunt, quod ſedes impares ſervantur intactæ; idque multo diligentius quam in Iambicis pares. Scal.

Trochaicum ſyſtema fere conſtat ex Tetrametris Catalecticis; vel ex duobus Commatibus Dimetris, Acatalecto, & Catalectico.

N. Quod poſt ſex pedes reſtat; videl. *pes & communis ſyllaba*, καταληξις vocatur.

Sunt & alii apud antiquos, ſcil.

Mo-

Monometer Acatalect.

Ασυνακτος. Hec. 689.

Monometer Hypercatalect. ſive Penthemimer (Pancratius.)

Φευγε λοιδο] ρων. Eur. Or. 996.

Dim. Brachycatalect. Ithyphallicus (vel, Phallicus, Bacchiacus.)

Βακχε, Βακχε] Βακχε. Scal.

Τοξα τ' ευλο] γησω. Hec. 463.

Dim. Catalect. Hepthemimer. (Euripidius, Lecythius, Glyconius.)

Ωλεναισι] ματερος. Eur. Ph. 317.

Καδμος εμολε] τανδε γαν. Ib. 651.

Trim. Brachycatalect. (Sapphicus.)

Οι δε προς θρο] νυς εσω μο] λοντες. Eur. Or. 1418.

Tetram. Catalect. (Archilochius, Epicharmius, Hipponactius.)

Πυ 'στιν ατος] ὁς πεφευγε] τυμων εκ δο] μων ξιφος. Eur. Or. 1537. purus.

Αλλα μετα βυ] λευσομεσθα] τυτο δ' υ κα] λως λεγεις. Ib. 1557.

Pentam. Catalect. (Callimachius.)

Ερχεται πο] λυς μεν Αιγαι] ον διατμηξ] ας απ' οινη] ρας χιυ. Hephæſt. pag. 19.

S E C T. VI.

De Ionico A Majore.

Carmen Ionicum ex ſolis Ionicis rariſſime conſtat; ſed Trochaicas Dipodias ſibi adjungit; nullis ſedibus ſervatis.

Monom. Hypercatalect. ſive Penthemimer.

Πτωσσυσι μυ] χων. Eur. Hec. 1064.

Dim. Brachycatalect. (Hipponactius.)

Και σωφρονα] πωλοις. Eur. Ph. 184.

Dim. Catalect. ſive Hepthemimer.

Η Παλλαδος] εν πολει. Hec. 464.

Dim. Acatalect.

Δαφνα θ' ιε] ρυς προσισχε. Hec. 457.

Dim. Hypercatalect.

Νυν δ' ατος α] νηται στυγε] ρω. Soph. Aj. 1232.

Trim. Brachycatalect. (Praxilleus.)

Ουδας δανα] τυ στρυφνον α] νδεις. *Scal.* purus.

Trim. Catalect.

Αιει κατε | χων ανηξε | μεν ξιφος. Eur. Ph. 343.

Trim. Acatalect. (Æolicus.)

Κρησσαι νυ πο | θ' ωδ' εμμελε | ως ποδεσσιν

Ορχευνθ' απα | λοις αμφ' ερο | εντα βωμον. Hephæſt.

Trim. Hypercatalect.

Ματερ πεpι | νων χαιρε μι | λων Καλλιο | πη. Scal.

Hi ſunt puri, ſive legitimi Ionici; impuri vero tot ſibi vindicant licentias, ut hos omnes admittant pedes,

Anapæſtum & Pyrrichium, ſoluta prima.

Dactylum & Pyrrichium, ſoluta ſecunda.

Moloſſum, contractis brevibus.

Pæona ſecundum.

Tribrachyn & Pyrrichium, ſoluta ſecunda Pæonis.

Et inde, prout duas breves vel primas vel medias, vel finales contraxeris, Pæonas omnes.

Tribrachyn & Trochæum, ſoluta prima Ditrochæi.

Trochæum & Tribrachyn, ſoluta tertia.

Ditribrachyn, ſolutis omnibus.

Et Ionici κατ' αντιπαθειαν, ſive Epionici, junguntur Iambicis, Dipodiis, & Choriambis, & Epitritis omnibus.

SECT. VII.

De Ionico A Minore.

Ionicus minor, purus, pro Ditrochaeo, Dijambo gaudet.

Monom. Hypercatalect. ſive Penthemimer.

Εραττω δευ | ρο. Scal.

Dim. Brachycatalect.

Επι τανδ' εσα | πυθεις. Hec. 1085.

Dim. Catalect. ſive Hepthemimer. (Timocratius.)

Ελατας αχρ | οκομοις. Ph. 1540.

Dim. Acatalect. (Anacreonticus.)

Μελεα παιδ | ος εν οικοις. Eur. Supp. 972. purus.

Dim. Hypercatalect.

Θανατε σε | αναμνησθητ | ι. Scal.

Trim. Brachycatalect.

Κυπρι ματερ | μακερων φροντ | ιδων. Scal.

Trim. Catalect. (Anacreonticus.)

Χει μοι νεκτ | αρ ανυδρον | μελιρον. Scal.

Trim.

Trim. Acatalect. (Sapphicus.)

Γλυκυφορμιγγ | ες υμνοι Λεσβ | ιδος αυρας. Ibid.

Trim. Hypercatalect.

Παφια φιλ | ω δεσποιν | α γεροντιν. Ibid.

Tetram. Brachycatalectus.

Τι λεγεις θυμ | ε; εγω γ' ευρ | εν αλιτρον θεος. Ibid.

Tetram. Catalect. (Phalæcius.)

Θεραπευων | φυγας αυλαν | φυγας εστι | δειλακις, Ibid.

Tetram. Acatalect. (Alcmanius.)

Κακοδαιμων | κακοπραγμων | κακοπαιγμων | κακοπενσμων, ibid.

Hi ſunt puri, ſive legitimi; impuri vero fere omnes eoſdem pedes, quos impuri Ionici a majore recipiunt; ut & Epionici Ditrochæos. Obſervemus modò majori Jonico Moloſſum in fine, vel in paribus locis; minori intra initia, vel in imparibus locis, poni; & Joniços a majore rariſſime in Jonico pede terminari.

N. Cum metra, non numero, ſed temporum ſpatio, examinanda ſint: Dipodiæ ſuperioris, ſi imminuta ſit, tempora ex ſubditis compleantur; ut quando Pæon tertiis adhibetur, & poſt ultimam brevem ſequitur Ditrochæus Heptaſemus, ſive Epitritus ſecundus. Hujus modi autem inter ſe *συζυγιας* paſſionem ſive communionem Muſici *ανακλασιν* vocant; & metra, ſi qua forte advenerint talia, *ανακλωμενα* appellant. Metrum autem dicitur *ανακλωμενον*, quia in eo ſæpe deficiens tempus in pede aliquo *reflectitur*, & compenſatur in ſequente pede.

S E C T. VIII.

De Choriambico.

Carmen Choriambicum principaliter conſtat Choriambo, a quo nomen ſumpſit; deſinens proprie in Dactylum, vel Creticum; & interdum, priore Trochæi ſyllaba in duas breves ſoluta, Tribrachyn admittit, raro autem Moloſſum.

Monometer.

Ω μοι εγω. Eur. Hec. 1055

Monom. Hypercatalect. ſive Penthemimer.

Τᾶνδ' ε γυναικ | ων. Hec. 1071.

Dim. Brachycatalect. (Alcmanius.)

Αλιος αυγ | αζει. Hec. 635.

Dim. Catalect. ſive Hepthemimer.

Πορθμον αἶξ | ω ταλας. Hec. 1113.

Dim. Acatalect. (Anacreonticus.)

Αμφι κλαδοις | εζομενα. Ph. 1541.

Dim. Hypercatalect.

Οφελε προτερον | αιθερα δυν | αι. Soph. Aj. 1211.

Trim. Brachycatalect.

Πολιον αφανὲς | αιθερος αδ | ωλον. Eur. Ph. 1569.

Trim. Catalect.

Ουδε λειπτ | ων σθενος ωδ | ε τροφαι. Hephæſt.

Tetram. Catalect.

Φοιβε πατηρ | χαιρε διδε | αγλαοφων | ον Βιον. Scal.

Hi ſunt puri; impuri vero ſive mixti admittunt fere omnes pedes, ut Ditrochæum, Pæona primum, Epitritum tertium, alioſque tum Pæonas, tum Epitritos; &, κατα αντιπαθειαν, Dijambum, & Antiſpaſtum, ut ſicut Epionici, ſint etiam Epichoriambici: qui non ſine venuſtate deſinunt in Amphibrachyn, & Bacchium.

S E C T. IX.

De Antiſpaſtico.

Carmen Antiſpaſticum purum ex ſolis Antiſpaſtis, & Jambis conſtat; deſinens, ſi non ſit verſus Acatalectus, in illorum pedum portiunculas; & legitimi quidem verſus non reſpuunt Epitritos, primum, tertium, & quartum.

Monom. Hypercatalect. Penthemimer. Dochmaicus.

Ιδε πεδο | μαι. Eur. Or. 144.

Dim. Brachycatalect.

Εις αυλον εμτ | εσων Hec. 1024.

Dim. Catalect. Hepthemimer. Pherecratius.

Ταλαιν' ως ε | λελιζω. Ph. 1538.

Dim. Acatalect. Glyconius.

Ce

Γεραιον πο | δα δεμνιοις. Ph. 1563. purus.
Dim. Hypercatalect. (Sapphicus, Hipponacteus.)
Λεπταια τε | δωσειν Τελαιν | α. Ph. 196.
Trim. Brachycatalect. (Praxillius.)
Εμοισιν | ὁμοια φλε | γεθων. Ph. 173.
Trim. Catalect. ſive, Hendecaſyllabus. (Phalæcius, Anacreonticus, Sapphicus) perfectiſſimus.
Χαιρ' ω χρυσο | κερως βαβαχτ | ω Γαλλων. Hephæſt.
Trim. Acatalect. (Alcaicus, Alcmanius, Aſclepiadeus.)
Λαβων ω ξι | φεος χρυσο | δεταν εχων. Hephæſt.
Tetram. Brachycatalect. (Alcaicus.)
Φερω δια | γενεσιν Δι | δυμοις ἀσμα | φιλον. Scal.
Tetram. Catalect.
Αυτον λυ | ρων δεχα | τελκαρπτε | Πειπτε. Scal. Hephæſt.
Tetram. Acatalect. (Sapphicus, Alcaicus, Alcmanius.)
Αλκμανος γλυ | κεσιν Μοισα | μελος βαπτε | δροσοισι σοις. Ib.
Tetram. Hypercatalect. (Simmiacus.)
Τον στυγνον Με | λανιππε φο | νον αὶ πατρο | φονων εριθ | οι. Ibid.
Impuri vero, Ditrochæis etiam, Choriambis, Epitrito ſecundo, Pæonibus, & Jonicis κατ' αντιπαθειαν conjuncti ſunt. Qui & omnes longarum ſolutiones admittunt.
N. Antiſpaſticum Pindaricum ſequuntur Trochæi, ut in Phalæciis Jambi.
Vel Pæone vel Ditrochæo rarius utitur Euripides: ſed Antiſpaſtum vel Epitritum quartum fere ſemper in prima ſede locat; Jonicos rariſſime ſubjungens vel Pæonas.

S E C T. X.

De Pæonico.

Carminis Pæonici hæc univerſa erit lex; ut *qualibet dimenſio quinque conſtet temporibus*: ne vero exinde colligatur, omnes pedes quinque temporum poſſe recipi: Palimbacchius enim, & ejus peculiaris ſolutio, i. e. Pæon tertius, rariſſime vel apud Comicos, legibus ſolutiores, reperietur. Hos igitur admittit pedes,

Creticum,

Bacchium,

Pæona primum, ſoluta ultima Cretici.

—— quartum, ſoluta prima ejuſdem.

—— ſecundum, ſoluta ultima Bacchii.

Tribrachyn, & Pyrrichium, ſolutis ambabus Cretici.

Hi ſoli carmen Pæonicum conſtituunt, & quacunque demum ſede locentur, legitimum Pæonicum agnoſcemus. Sin alicui & peregrini se se ingeſſerint pedes, niſi ob ultimam ſyllabam communem, verſus ſpurius eſt & exſibilandus.

N. Antiqui Pæonas omnium ſedum fecere poſſeſſores præterquam ultimæ, cui Creticum peculiarem aſſignarunt. Scal.

Elegantiſſimus eſt verſus, cum per ſingulos pedes pars orationis impletur. Diomed.

Dim. Brachycatalect.

Τινι μορῳ | θνησκεις. Eur. Hec. 693.

Ετερα δ' εφ' ε | τερων. Ib. 686.

Dim. Catalect.

Χαλκοδετα | τ' εμβολα. Ph. 115.

Dim. Acatalect.

Λακαινα πο | λυδακρυτος. Hec. 1108.

Μεταφερων | εθυνει. Ib. 655.

Dim. Hypercatalect.

Θεων Νεμε | σις εις Ελε | ναν. Or. 1367.

Trim. Brachycatalect.

Ορεγε νῦν | ορεγε γηρ | αιαν. Ph. 103.

Trim. Catalect.

Βαλοιμι χρο | νῳ φυγαδα | μελεον. Ph. 171.

Trim. Acatalect.

Θανασιμον | προς Αΐδαν | ω ταλας. Hec. 1031.

Tetram. Brachycatalect.

Θυμελικαν | οθι μακαρ | φιλοφρονως | εριν. Hephæſt.

Tetram. Acatalect. (Ariſtophanius, Simmiacus.)

Ματερ ω | ποτνια κλ | ῦθι Νυμφ | αν αβραν. Simm.

Pentameter Acatalect. (Theopompius.)

Παντ' αγαθα | δη γεγονεν | ανδρασιν ε | μης απὸ συν | ὀδίας. Heph.

SECT. XI.

PÆne infinita verſuum genera Græcorum ſollertia excogitavit, ex quibus licitum eſt Poetæ, quem velit numerum, quod velit genus, pro lubitu uſurpare. Ubicumque vero pedes alieni conjunguntur dicitur *κατ' αντιπαθειαν μιξις*, ſive *per diſcordiam mixtura*. E. G. Ex conjunctione Jambicæ Syzygiæ, vel Antiſpaſti cum Choriambis, efficies Choriambicum impurum, ſive *Epichoriambicum*; ſic & Jonici *a majore* Jambicæ Syzygiæ (ut Jonici *a minore* Ditrochæo) Choriambo, Epitritis, & Pæoni ſecundo, conjuncti ſunt impure, & proprie dicti *Epionici*; unde etiam,

I. PROSODIACUS.

Sc. Choriambi cum Jonicis, vel Pæonibus pro Jonicis, mixtura; ſolutione longarum admiſſa.

Dim. Acatalect.

Κρυπταν βασιν | *αισθανεται*. Hec. 1070.

Dim. Hypercatalect. (Phaliſcus.)

Μολπαν δ' απο | *κὴ χαροποι* | *ᾶν*. Hec. 916.

Trim. Hypercatalect.

Υδασι δυλ | *ειαν περι* | *βαλων*. Eur. Ph. 198.

Ευιππον A | *ρεῖ κατοχον* | *γενος*. Hec. 1094.

Trim. Catalect.

Λαΐνεοις | *Αμφιονος* | *οργανοις*. Ph. 116.

Trim. Hypercatalect.

Μεγαλα δε | *τις δυναμις* | *δι' αλοσο* | *ρων*. Or. 1582.

Ubicumque vero bini verſiculi alienæ indolis ita connectuntur, ut unum conſtituant, & novum quoddam conficiant genus, verſus ille dicitur

II. ASYNARTETUS,

Sive *inconnectibilis*. Hujuſmodi varia ſunt genera: primum autem locum ſibi vindicat

Periodicus.

Qui ſit, cum Jambicam Syzygiam Trochaica ſequitur; vel vice verſa.

Dim. Catalect.

Τις Ελλας η | βαρβαρος. Ph. 1532.

Dim. Acatalect.

Επαισ' επαισ | εν μελαθρα. Eur. Or. 1583.

Dim. Hypercatalect.

Πα με ταν με || λεαν πορευ || σεις. Hec. 445.

Trim. Acatalect.

Λαθα δε ποτμ || ω συν ευδαι || μονι γενοιτ' αν. Pind. Ol. 2. 34.

Innumeri ſunt alii, ασυναρτητοι, ſive συνθετοι dicti. Paucos accipe,

A Dactylis incipientes.

Ελθ' επι | χαροπ' ς || μοις φιλοισι | παντως. Or. 1305.

Ab Anapæſtis.

Επιδεμνιος ὡς || πεσοιμ' ες ευν | αν. Eur. Hec. 926.

Ab Jambis.

Μακρων πονων | ερις. Soph. Aj. 895.

A Trochæis.

Αιθερ' αμπτα || μενος ερανιον. Eur. Hec. 1107.

Verſus, quorum pedes omnino ſunt irregulares, ut puta, Choriambus, cum Ditrochæo, Antiſpaſto, aut Bacchio; vel Epitritus primus cum Choriambo; vel Jambicus cum Spondæo aut Dactylo in paribus locis, dicti ſunt

III. Polyschematisti.

Dim. Catalect.

Δυσατερ τ' | εφ' ιππω. Hephæſt.

Dim. Acatalect.

Μεγα δε μη γε | γαθε πολις. Ibid.

Trim. Acaralect.

Οιδιποδα | βροτων ὡδε | νε μακαριζω. Soph. Oed. 1218.

Tetram. Catalect.

Παντα φορητ | α παντα πολμ | ητα τωδε | τῳ χορῳ. Heph.

CAP.

CAP. IV.

De Carminum formis in cantu Chorico.

CHoricus Cantus eſt illa Chori pars, quæ veterem Tragœdiam (*fere*) in quinque actus diſtinguit: & in omni perfecta Tragœdia ſunt quatuor Cantus; quorum primus vocatur *Parodus*; reliqui tres *Staſimon* (*melos.*) Hi autem ex variis carminum generibus formantur; quæ appellantur.

SYSTEMATICA,

I. E. quæ vario carminum genere in unum congeſta conſtant; & hæc porro, ſecundum Hephæſtionem, ſex generum ſunt:

I. Κατα σχεσιν, *ſecundum convenientiam.*
II. Απολελυμενα, *ſoluta.*
III. Ατακτα, *inordinata.*
IV. Εξ ὁμοιων, *ex ſimilibus.*
V. Μικτά, *mixta.*
VI. Κοινά, *communia.*

I. Κατα σχεσιν, ſunt, quæ inter ſe reſpondent; & hæc rurſum ſex generum,

1. Monoſtrophica.
2. Epodica.
3. Κατὰ περικοπὴν ανομοιομερῆ, *poſt Pericopen partibus diſſimilibus conſtantia.*
4. Antithetica.
5. Mixta.
6. Communia, *κατα σχεσιν.*

1. Monoſtrophica ſunt, quæ una Stropha conſtant, qualia Anacreontis, & Alcæi carmina. — Eur. Hec. 1022.
2. Epodica ſunt, quæ ſimilibus Syſtematibus diſſimile Adjunctum habent. Eur. Hec. 627.

Antiqui Deorum laudes, carminibus comprehenſas, circum aras eorum euntes, canebant; cujus primum ambitum, quem ingrediebantur ex parte dextra *Strophen* vocabant: reverſionem autem ſiniſtrorſum factam, completo primo orbe, *Antiſtrophen* appellabant. Deinde in conſpectu Deorum ſoliti conſiſtere, Cantici reliqua con-

ſequebantur, appellantes id *Epodon*. Ita ut omnis Strophe, & Antiſtrophe totidem habeant ſyllabas, (vel ſaltem eadem reſervent tempora) in proxima periodo, quæ ſubjicitur priori; ut ſit aut *ισομετρος*, aut *ισοχρονος*, quolibet metro ſeu Rhythmo ſubſiſtens. Epodos verò formatur ad libitum.

N. Si Adjunctum in fine ponatur, vocantur *Epodica*; ſi in principio, *Proodica*; Soph. Aj. 877.) Si in medio, *Meſodica*. (Soph. An. 100.) Et *Epodica* quidem ſunt fere Pindarica omnia, ternario numero conſtantia; verumtamen nihil prohibet quinario (Eur. Hec. 904.) & ſeptenario uti. (Æſc. Ag. 375.)

3. Κατὰ περικοπὴν ανομοιομερῆ, ſive, Περικομματα ſunt, quæ poſt variorum Syſtematum congeriem, ſive *Pericopen*, aliam priori per totum reſpondentem ſubjectam habent:

Sic ut in alterutra quidem congerie ſint inter ſe ſyſtemata diſſimilia; verum utraque ſimilibus conſtent partibus. (Eur. Or. 125. & Sophocl. Aj. 901.) Hujus generis in *Euripide* multa ſunt; in *Sophocle*, permulta; nullum in *Æſchylo*.

Antithetica ſunt, quæ in vario carminis genere, primum ultimo, ſecundum penultimo, ac reliquum ſimiliter inter ſe reſpondens habent. Cujus generis eſt *Ovum Simmiæ*.

5. Mixta κατα σχεσιν, quæ partim Epodica ſunt, partim Monoſtrophica.

6. Communia κατα σχεσιν, hoc quidem modo diſpoſita, verbi gratia, ſunt Epodica; illo vero Monoſtrophica.

II. Απολελυμενα ſunt, quæ certum carminis genus nullum habent. Et rurſum ſunt,

1. Αςροφα.
2. Ανομοιοςροφα.
3. Ατμητα.

1. Αςροφα ſunt, quæ tam paucos habent verſus, ut Stropheń complere non poſſe videantur.

2. Ανομοιοςροφα ſunt, quæ aliquibus interjectis interrumpuntur. (Eur. Or. 1366.) ea, ſi duo ſunt, vocantur

Ετεροςροφα. Soph. Aj. 201.

Si plura,

Αλλοιοςροφα. Eur. Hec. 685. Quod quidem genus ſolus de Tragicis uſurpat Euripides.

2. Αr-

2. Ατμητα, quæ ut ſecari poſſe videntur, ita nullum ſecandi dant ſignum.

III. Ατακτα, quæ nullam habent inter ſe ſimilitudinem: qualis fertur Homeri *Margites* fuiſſe; & tales in Euripide Chori, Iphig. T. 1234. Hec. 1055.

IV. Εξ ὁμοιων, quæ pedum quidem ſunt eorumdem, certum autem numerum non habent, quales Anapæſti. Et ea ſunt

1. Απεριοριστα.

2. Κατα περιορισμυς ανισυς.

1. Απεριοριστα, quæ ad finem uſque ſunt inter ſe ſimilia:

2. Κατα περιορισμυς ανισυς, quibus aliquid nonnunquam brevius interjicitur. Eur. Hec. 59.

V. Μικτα Syſtematica ſunt, partim κατα σχεσιν, partim ex ſimilibus.

Κοινα Syſtematica, quæ hoc quidem modo diſpoſita, verbi gratiâ, ſunt e ſimilibus; illo autem κατα σχεσιν.

CAP. V.

De Quantitate Syllabarum.

Quantitas ancipitum in prioribus ſyllabis vocalium octo modis cognoſcitur;

I. Poſitione.
II. Vocali ante vocalem.
III. Contractione.
IV. Dialecto.
V. Derivatione.
VI. Compoſitione.
VII. Incremento.
VIII. Uſu, ſeu Auctoritate.

I. Positio.

Vocalis brevis ante duas conſonantes, aut duplicem, vel in eadem dictione, vel in diverſis, fere ſemper longa eſt.

Πολλας δ' ιφθιμυς ψυχας αιδι προιαψεν. Il. α. 3.

A Fi-

Finalis vero brevis ante initialem duplicem, vel duas ſimplices, aliquando corripitur,

Οιτε Ζακυνθον εχον — Iliad. β. 634.

II. Vocalis ante Vocalem.

Vocalis ante aliam corripitur, ſed non neceſſario, ut apud Latinos, ſi vocalis ſit anceps,

—— Πολυάϊκος πολεμοιο. Il. α. 165.

Vocales longæ, & diphthongi, breves eſſe poſſunt pro arbitrio, modo ſubſequens dictio a vocali, aut diphthongo incipiat.

Ωρῃ εν εαρινῇ, ότε — Il. β. 471.

Ημετερῳ ενι οικῳ, εν Αργεϊ. Il. α. 30.

III. Contractio.

Omnis ſyllaba ex contractione, ſive per Craſin, facta longa eſt:

Αυταρ ὁ συλᾶ τῶμα φαρετρης. Il. δ. 116.

Et in diverſis,

Ως τε δια τετων τ' ἀγαθ' ανθρωπες εχειν. Eurip.

IV. Dialecto.

A Doricum, natum ex η, longum eſt,

Εντοσθεν δε γυνᾶ — Theocr. ι. 32.

A Æolicum breve eſt,

Δευρ' ιθι, νυμφᾶ φιλη — Il. γ. 130.

Producitur autem incrementum genitivorum;

Μυσάων θ', αἱ αειδον — Il. α. 604.

Tertia perſona pluralis aoriſti primi brevis eſt in ετυψᾰσα pro ετυψαν. Æol. & Poet.

A Ionicum breve eſt in penultimis præteritorum; ut γεγᾰα, γεγᾰως.

—— ον ελειπε νεον γεγᾰωτ' ενι οικῳ. Odyſſ. δ. 112.

Et in tertiis perſonis pluralibus paſſivis,

Οι δη νῦν ἑᾰται — Il. γ. 134.

—— πολλοὶ δεδμηᾰτο κῦροι. Ib. 183.

Et in Aoriſto primo,

—— δεινω δε οἱ οσσε φᾰανθεν. Il. α. 200.

Item, in ſecunda aoriſti primi,

—— χρυσεον δ' εζευξᾰο διφρον. Call. 3. 110.

At-

Atqui α Jonicum verbis in αω interpoſitum longa ſyllaba præcedente, producitur,

Ειπερ γαρ θυμῷ γε μενοινᾶα πολεμιζειν. Il. τ. 164.

Uti etiam in tertiis perſonis verborum in μι, ut τιθεᾶσι,

——και μειζονες αλλοι εᾶσι. Il. γ. 168.

V. Derivatio.

Derivativa eamdem cum primitivis quantitatem plerumque ſortiuntur.

Η μαν αυτ' αγρῆ νῖκᾶς — Il. β. 370.

——κεχαρηοτε, νῖκῃ. Il. η. 312.

Diximus *plerumque*, quia non pauca a primitivis diſcedunt, ut μᾰνικος, a μᾰνια — vel potius a μαινομαι, ut μαινολης; vel geminetur liquida.

—— πρᾰγος, ab επρᾰγον. — rectius a πεπρᾱγα (Vid. Cler. ad Il. β. 314.

—— νῐφας, νῐφετος, νῐφοεις, a νιφω. — potius ab aor. ſecundo ενῐφον. Sic

—— πνῐγοεις, a πνῖγος, vel πνιγω. Sed rectius ab aoriſto 2. επνῐγον.

A longa eſt ante μα in verbalibus deductis a prima perſona præteriti perf. ut, ορᾱμα, δρᾱμα, φυρᾱμα; &c. (Vid. infra in *Uſus, ſive Auctoritas*.)

VI. Compositio.

Compoſita etiam ſimplicium quantitatem (*fere*) ſequuntur.

—— εκ δε Διος τῖμη και κυδος οπηδει. Il. ρ. 251.

Ενθαδ' ατῖμος εων — Il. α. 171.

Diximus *fere*, quia in aliquot compoſitis id non obtinet, ſic, τιτᾰνοκτονος corripitur, licet a gen. τιτᾶνος dimanet. — Sed hoc fortaſſe proprii nominis privilegium poſcit.

—— Αστῖλος, α στῖλος — Epigr. lib. 1.

Sed στῐλος correptum legitur Lycoph. 188. ut στῖλαι? Odyſſ. ι. 405.

Privativa particula α in compoſitione plerumque corripitur.

Θερσιτης δ' ετι μῦνος ᾰμετροεπης εκολῳα.

N. In quibuſdam vocibus, pluſquam triſyllabis aliquando produci, ut in αθανατος (Il. β. 306.) ακαματος (Il. ρ. 13.)

φ. 13.) & ſimilibus. Atque hæc licentia vel in pueris ferenda eſt; ſicuti etiam in vocibus, αλληκτος, αλοφος, & ſimilibus, quæ, *certe apud Homerum* in hujuſmodi vocabulorum ſyllabis *non mediis*, producta leguntur, propter liquidam in enunciando duplicatam.

Particulæ etiam δα, ζα, αρι, ερι, δυς, in compoſitione repertæ corripiuntur.

—— Δρακων επι νωτα δαφοινός. Il. β. 308.

Κιλλαν τε ζάθεην —— Il. α. 38.

—— Κοων αριδεικετος ανδρων. Il. λ. 243.

—— Θεων ερικυδεα δωρα. Il. γ. 65.

—— εξ ανεμοιο δυσαέος ορνυμενοιο. Il. ο. 865.

Sic in nominibus, aliiſque orationis partibus, quæ compoſitionem ineunt, ut αγχίνοος, αριθαλης, ηδυμελης, &c.

Παν initiale in compoſitis ante vocalem corripitur.

Αυτάρ εγώ παναποτμος — Il. ω. 493.

—— Αριστηες παναχαιων. Il. η. 73.

Sic απαν, προπαν, παμπαν, &c.

Item, ῠς, σῠς, & πῠρ in compoſitione corripiuntur.

Τεσσαρες, ους εθρεψε συβωτης. Odyſſ. ξ. 22.

—— δίος ὑφορβος. Ib. 48.

Ηνορεης σκηπτουχε, πυραυγέα κυκλον ελισσων. Hom. VII. 6.

VII. INCREMENTUM.

1. *Nominum.*

Ancipitum quantitas in ultima vocis rectæ manet plerumque in penultima vocis variatæ; ut γιγᾶς, γιγᾶσι, — τυψᾶς; τυψᾶσι, ἀψῖς, ἀψῖσι, — φορκῦν, φορκῦνος, — ζευγνῦς, ζευγνῦσι.

Incrementum quintæ declinationis breve eſt in neutris in α, ας, αρ.

—— ψυχη δ' επι σωματος εστη. Il. β. 207.

Ελρη τε κρεάσιν τε — Il. θ. 162.

—— και νεκταρός εστιν απορρωξ. Od. ι. 359.

In maſculinis, & femininis in ας.

Παλλάδ' Αθηναιην — Il. α. 200.

—— κῆρες — μελᾶνος θανατοιο. Il. β. 834.

Et nominibus plerumque in ξ & ψ.

Ol-

Ολβιϛων Αραβων — Dionyſ. 927.

—— τας αυλακας ȣκ αποτρωγεις. Theocr. 10. 6.

Excipias ραξ, θωραξ, cum compoſitis, ιραξ, κνωδαξ, κορδαξ, οιαξ, Φαιαξ, φεναξ, & Λαβραξ.

Item, in maſculinis, & femininis in αρ, & λς.

—— ανδρος μακᾰρος κατ' αρȣραν. Il. λ. 68.

—— βαθειης εξ ἅλὸς ελθων. Il. ν. 44.

Excipe ψάρ, & κάρ.

Genitivus in ανος producitur, præter τάλᾰνος & μελᾰνος,

Ωι Τιτᾱνας επεφνες — Hom. B. 274.

—— ενεργεα Πᾱνὸς ακȣειν. Epigr. l. 4.

In dativis pluralibus nominum, quorum penultima in genitivo ſingulari eſt longa α producitur, ut in Γιγᾱσι, πᾱσι, τυψᾱσι, &c. Sed in iis, quæ ſyncopen patiuntur, α corripitur, ut in ανδρᾰσι, πατρᾰσι, μητρᾰσι.

Ανδρασι πατροτεροισι — Il. β. 12.

I, breve eſt in nominibus neutrius generis, ut μελι, μελῐτος — (Il. α. 249.)

Et in maſculinis, & femininis, in ιος, ιδος, & ιτος.

Νῦν δ' εκαθεν πολῐος — Il. ι. 791.

—— μεμαυ' ερῐδος και αϋτης. Il. ε. 732.

—— χαρῐτων μιαν ὁπλοτεραων. Il. ξ. 267.

Excipias αψὶς, βαβλὶς, καεὶς, κηλὶς, κλητ̈ς, κνημὶς, κρηπὶς, νεβεὶς, νησὶς, σφραγὶς, cum compoſitis, item, βατραχὶς, κανονὶς, πλοκαμὶς, ραφανὶς, σισαμὶς, & ſi quæ aliæ ſunt triſyllabæ, quæ duas priores corripiunt.

Producitur autem in maſculinis, & femininis Dicatalectis (i. e. quæ habent duas terminationes in recto) ut

Δελφινας τε κυνας τε — Odyſ. μ. 97.

—— επιδερκεται ακτῑνεσσιν. Odyſ. λ. 16.

Et in monoſyllabis; præter τις, & Δὶς, Διὸς,

Ἶνα ταμη δια πᾶσαν — Il. ρ. 522.

—— Εανω λῑτὶ καλυψαν. Il. σ. 352.

Ρῖνα παρ' οφθαλμον — Il. ε. 291.

Item in nominibus in ις, ιθος, in ιψ, ιπος, & ιξ, ιγος, vel ικος.

Ορνῑθος μεν αμαρτε — Il. ψ. 865.

Φραξε δε μιν ῥιπεσσι — Odyſ. ε. 255.

Εσθλοι τεττῑγεσσιν εοικοτες — Il. γ. 151.

Sed in ιψ, ιβος, & ιξ, ιχος, fere corripitur.

Χερνῐβα δ' αμφιπολος — Odyſ. α. 136.

——Κεφαλῆς τρῐχας εν πυρὶ βαλλων. Odyſ. γ. 446.

Y breve eſt in monoſyllabis in υς, υος.

Η δρῦ-

Η δρῠος, ἡ πευκης — Il. ψ. 328. Et neutris in υ.
—— δευοντο δε δακρυσι κολποι. Il. ι. 566.

Item in maſculinis, & femininis in υς, & υρ.

Στας προσθεν νεκῠος — Il. η. 321.
Τω δ' αυτω μαρτῠρες εςων. Il. α. 338.

Si quæratur, qui factum ſit, ut μαρτῠροι, & μαρτῠρες ſecundam corripiant, cum in μαρτῡρομαι ſemper producatur, hoc fieri ex Analogia generali monet Clarkius, ſcilicet ex futuro μαρτῠρουμαι: unde etiam verbum μαρτῠρεω; quod in omnibus ubique temporibus corripitur. (Vide inf. *Increment. Verborum.*)

Excipe δαγυς, ῡδος, & Κωμυς, υθος.

Nomina etiam in ξ, & ψ, *fere* habent breve incrementum.

Νεβρον εχοντ' ονῠχεσσι — Il. θ. v. 248.
Ναιουσιν Χαλῠβες στυφελην και απηνεα γαιαν... Dionyſ. 768.

Excipias δοιδυξ, κοκκυξ, κηρυξ, γρυψ, & γυψ.

Γρῡπας φυλαξαι. Æſch. Pr. 803.
—— τερενα χροα γῡπες εδονται. Il. δ. 237.

Producuntur autem nomina Dicatalecta in υς, & υν.

Φορκῡνος θυγατηρ — Odyſ. α. 72.
—— Γορτῡνα τε τειχιοεσσαν. Il. β 642.

2. Incrementum Verborum.

Quantitas penultimæ manet in præſenti, & imperfecto per omnes voces, & modos; ut κρῖνω, εκρῖνον, κρῖνε, κρῖνοιμι, κρῖνω, κρῖνειν, κρῖνων. Κρῖνομαι, εκρῖνομην, κρῖνε, &c.

Manet itidem quantitas in temporibus cognatis ejuſdem, & alterius vocis, ut ετῠπον, τῠπω, ετῠπην, τῠπησομαι, τετῠπα, ετετῠπειν. — κρῐνω, κεκρῐκα, κεκρῐμαι, εκρῐθην, κρῐθησομαι.

Quantitas futurorum, & aoriſtorum, ex verborum formatione ſatis conſtat.

Nonnulli tamen obſervant aoriſtum primum in quarta conjugatione penultimas α, ι, υ, breves habere; cum ſint breves in futuro.

Ουρην μεν πρωτ' επλᾰσ' εφ' υδασιν — Hom. B. 73.
—— εκλυσε δινα. Theocr. ι. 140.
—— και εφρασε θεσπιν αοιδην. Hom. M. 441.
—— και ακοντισε δουρι φαεινῳ. Iliad. δ. 496.

Fit

Fit idem in quibuſdam verbis in αω, niſi ρ, vel vocalis præcedat α: tunc enim penultima & in aoriſto, & in futuro ſemper producitur.

—— γελᾶσαν δ' επι παντες Αχαιοὶ. Il. ψ. 890.
Ex χειρὸς χεῖρα σπᾶσεν Αντινοοιο. Odyſ. β. 321.
Μιαν με μεῖναι τηνδ' εᾶσον ἡμεραν. Eur. M. 340.
Κνημην τε διεπέρᾶσεν Αργειον δορυ. Ib. Ph. 1402.

Anceps penultima aoriſti primi ſemper producitur in verbis quintæ:

Τρωας δ' εκλινᾱν Δαναοι — Il. ε. 37.
Αυταρ επει πλῦναν τε — Odyſ. ζ. 93.

Et in iis, quæ penultimam in futuro producunt:

Πραγμ' ουκ εδρᾶσα — Soph. An. 245.
—— οτ' αριϛον Αχαιῶν ουδὲν ετῖσας. Il. α. 244.
Οι τοι γυνατ' ελῦσα — Il. χ. 335.
—— ελῦσατο κεϛὸν ιμάντα. Il. ξ. 114.

In aliis vero breviatur, niſi addatur σ alterum.

—— και ευτ' επὶ νηυσὶν ελασσας. Il. ω. 392.
—— εφρασσατο κηρυξ. Ib. 351.

Quod etiam fit nonnunquam in futuro:

—— οφρα τελεσσω. Il. α. 523.

Si anceps penultima ſit brevis in aoriſto primo, & futuro ſimul, aut ſaltem in futuro, brevis etiam erit in perfecto activo, & temporibus inde deductis; ſi longa, longa: πεπλακα, εκτικα, ηνυκα (ab ανυτω) — τετῖκα, τετῖμαι, πεφῦκα. Quod ſi in futuro fuerit longa poſitu tantum, erit in perfecto brevis; ut τετῠφα, γεγρᾰφα.

Anceps penultima in aoriſtis ſecundis omnium conjugationum brevis eſt, ετρᾰγον, ελῐπον, εφῠγον.

Præterita media ex uſu, vel lectione Poetarum diſcenda ſunt, quippe *non unam habent omnia formandi rationem*. Alia enim aoriſti ſecundi ſequuntur Analogiam, ut εφρᾰδον, πεφρᾰδα; alia autem vel ex aoriſto primo, vel ex præſenti retinent vel diphthongum, vel ſyllabam longam, vel vocalem longam, πεπρᾱγα (Ariſt. Pl. 633.) κεκρᾱγα, (Ar. Eq. 256.) κεκριγα, (Ib. Av. 1524.) τετριγα, (Il. β. 314.) ερριγα, (Il. ρ. 175.) βεβριθα, (Il. π. 384.) μεμῦκα, (Il. σ. 580.) &c.

Tertia perſona pluralis in ασι ſemper longa eſt:

Τεθνᾱσιν. τιμην δε λελογχᾱσ' ισα θεοῖσιν. Odyſ. λ. 303.

Sic & participium femininum in *ασα*,

Ανδρ' ολεσασα. Odyſ. τ. 265.

Verba in *ιω*, & *υω* producunt penultimam in futuro, & aoriſto primo.

Propria reduplicatio verborum in *μι* brevis eſt:

—— *Τεκνον — τουτο δίδωμι*. Odyſ. ο. 125.

Impropria vero communis:

Αλλ' αΐεις — Il. ε. 880.

—— *εμε δ' ουδ' ως θυμος αΐει*. Il. ο. 25.

A ſecundæ conjugationis ubique corripitur, extra tertiam perſonam pluralem indicativi, ſubjunctivum modum, & participia activæ vocis, *ἵστᾰτον, ἵστᾰτε, ἱστᾰσαν, ἵστᾰθι*. &c. *ἵστᾰναι, ἵστᾰμαι, ἱστᾰμην*, &c. *ἵστᾰμαι, ἱστᾰμην, ἐστᾰθην, στᾰθησομαι, ἵστᾰσο, στᾰθεις, ἱστᾰμενος*.

Υ quintæ conjugationis in polyſyllabis ubique corripitur, extra ſingularem activæ vocis, & tertiam pluralem, *ζευγνῡμι, ζευγνῡσι*.

In diſyllabis vero ubique producitur, *δῡθι, δῡναι, δῡμεναι, δῡτε, εδῡτε, εδῡσαν, εδῡτην*, uti videre eſt exempla Il. π. 64 — γ. 322. — ζ. 185. — σ. 140. — Od. ω. 106. Il. σ. 145. — χ. 272.

VIII. Usus, sive Auctoritas.

A in ſuperlativo ſemper corripitur, Odyſ. δ. 441.

Verba in *ανω* penultimam ſemper breviant, excipe *ικανω*, & *κιχανω*. *Αυξανομαι* aliquando producitur:

Ηυξανομην ακουων. Ar. ν. 336. Et *φθανω* ſemper apud Homerum. Tragici vero Scriptores Attici corripiunt, ut etiam penultimam in *κιχανω*. Eurip. Alc. 477. & Hipp. 1444.

Verba in *αω* naturâ brevia ſunt, in præſenti, & imperfecto.

Nomina in *αων* producunt penultimam, ſive in obliquis incrementum breve ſit, ut *Μαχᾱων, Λυκᾱων, Οπᾱων*, &c. ſive longum, ut *Ποσειδᾱων, Ερμᾱων, Τυφᾱων*, &c. Excipiuntur, *Φαων, Γαβαων*, & ſi qua alia.

Neutra vero in *ανον* corripiuntur, ut *οργανον, ξοανον, δρεπανον*, &c.

A longum eſt, 1. in gentilibus & nominibus propriis in *ανος*, & *ανις*, ut *Γερμᾱνος, Καρμᾱνις, Βρετᾱνις* apud Dionyſ. 606. Sed corripitur *Δαρδανις* — Ib. 1138.

2. In nominibus propriis, & lapidum in *ατης*, & *ατις*, ut

Eu-

Ευλράτης, Αχάτης, Ασιάτις, &c. Excipe Γαλάτης, Δαλμάτης, Σαρμάτης. Item Αντιφάτης, Ευρυβάτης, cum paucis aliis.

3. In pleriſque nominibus propriis feminini generis in αΐς, ut Ναΐς, Λαΐς, Πτολεμαΐς, Αχαΐς, &c.

Maſculina vero, ut Καλαΐς, Ταναΐς, Θηβαΐς, & ſimilia penultimam corripiunt.

A producitur in numeralibus, ut τριάκοσιοι, &c. Et in quibuſdam verbalibus in ασις, ασιμος, ατος, ατηρ, ατης, ατικος, ut κράσις, ιάσιμος, θεατος, ιατηρ, θεατης, πειρατικος, aliiſque ejuſdem cum illis originis.

Corripitur autem in reliquis, ut δυνάσις, εργάσιμος, δυνατος, ελατηρ, εργατης, γραμματικος, &c. Breve eſt etiam in patronymicis in αδης, ut Πηλιϊαδης, &c.

Et in derivativis & verbalibus in αλεος, αλιος, ασιος, ut διψαλεος, ενάλιος, θαυμάσιος, &c. — Sic in αρος, ut φλυνάρος a φλυνός, ιδάρος ab ιδος, &c. In adverbiis in ακις, & ακι, ut πολλάκις, τοσσάκι.

Item, in diminutivis in αδιον, ακιον, αριον, ατιον, ut λοπάδιον, οστράκιον, δυλάριον, δοράτιον, &c.

Excipe θωράκιον, ειράκιον, & ſi qua alia a primitivis productis derivantur; ut κοράσιον, &c.

N. Ανηρ, in recto commune; in obliquis autem, & in compoſitis producitur, ut, μεγάνωρ.

Verba in ιω variant penultimam, ut, κυλιω, τιω, &c. Sic etiam in ινω, ut τινω, φθινω, &c. quæ Homerus producit; Attici vero Scriptores Tragici corripiunt.

Nominum in ια, vel ιη, penultimam ſæpe correptam & non raro productam, legimus, ut,

Ηριπε δ' εν κονίῃ — Il. ε. 75.

—— μιανθησαν δε κονιη. Il. Ψ. 732.

Patronymica, & alia fere omnia in ινη producuntur, ut Νηρίνη, Ευηνίνη, &c. Sic, δωτίνη, αξίνη, &c. Excipias ελατίνη, & feminina adjectiva materialia, quæ orta ſunt a maſculinis in ινος, ut, μυρρίνη, κεδρίνη, &c.

Item nomina in ιτης & ιτις, ut Θερσίτης, μισίτης, μακαρίτης, πολίτης, πολίτις, νεφρίτις, &c. præter verbalia quædam, ut κρίτης, κτίτης, & ſi qua alia.

I plerumque breve eſt, In diminutivis in ιον, & ιδιον; ut, χορίον, χειρίδιον, &c. Excipe, ιματίδιον, αργυρίδιον, & ſimilia, quæ craſi Attica efferuntur.

In adjectivis poſſeſſivis, & materialibus in ινος, ut αν-

 θρω-

θρωπῖνος, *λαϊνος*, &c. & in illis ſere, quæ tempus ſignificant, ut,

Ωρῃ εν ειαρινῃ — Il. *β*. 471. Sic *χειμερῖνος*, *θερῖνος*, a *χεῖμα*, & *θερος*. At *οπωρῖνος* ab *οπωρη* penultimam habere videtur ex iſta *η* partem contractam, atque exinde productam, (Cler. in H. *ε*. 5.

Αστερ' οπωρῖνῳ εναλιγκιον —

Ομβρῳ πολλῷ οπωρῖνῳ — Heſ. *ε*. 675.

— *και οπωρῖνον ομβρον*. Ibid. 672. potius igitur *licenter* Heſiodus, qui ſimul corripit, & producit, quam Homerus, qui ubique produxit. Utrumvis tamen ſequi licitum eſt, modo non eodem tempore & carmine.

Corripiuntur etiam nomina derivativa in *σις*, & *ιτος*, ut *κρῖσις*, *κτῖσις*, &c. *αχρῖτος*, *αφθῖτος*, *ακλῖτος*, &c. Sic in *ικος*, & *ιμος*; ut *πρακτικος*, *νοσῐμος*, &c. At in *ιμα* variant, ſecundum primitivi quantitatem, ut *κρῖμα*, a *κεκρῖμαι*; ſed *χρῖμα*, a *χριω*, *χρῖσω*; *μηνῖμα*, &c. quæ modò ab uſu & lectione diſcenda ſunt.

Et patronymica in *ιδης*, ut *Νεστορῐδης*, &c.

Item diminutiva in *ιδευς*, ut *Λυκιδευς*, *Ερωτιδευς*, &c. & quæ diminuendi notionem retinent in *ιλος*, ut *Ζωῖλος*, *Ναυτῖλος*, &c. Adde comparativa in *ιων*, ut,

Ως ουδεν γλυκῖον — Odyſ. *ι*. 34.

— *μελιτος γλυκῖων ρεεν αυδη*. Il. *α*. 249.

Notantur autem hæc comparativa ſermone Attico ſemper producere penult.

Φρονουσι γαρ κακῖον Ελληνων πολυ. Eur. B. 483.

Reliqua nomina in *ιων* protrahunt penultimam, cum in obliquis incrementum breve eſt in *ονος*, ut *Αμφῖων*, *Χῖων*, *Υπερῖων*, &c. contra breviatur, cum incrementum longum eſt, & deſinit in *ωνος*, ut, *Δευκαλῐων*, *Μολῐων*, &c.

N. utroque modo variantur *Κρονιων*, *Ωριων*, & (ut quidam volunt) *βραχιων*.

Penultima verborum in *υνω*, *υρω*, & *υχω* plerumque producitur, ut *ιθῦνω*, *κῦρω*, *βρῦχω*, ſic *μαρτῦρομαι*, &c. Sed ab eorumdem futuris deducta corripiuntur, ut *κῠρεω*, *μαρτῠρεω*, &c.

Verba in *υω* penultimam variant; & nihil vetat, quin omnibus, ex idonea auctoritate, ut communibus abuti liceat.

Υ in polyſyllabis nominibus in *υνη*, & quibuſdam quintæ in *υτης*, corripitur, ut, *γηθοσῠνη*, *βραδῠτης*, &c.

Item

Item in diminutivis in υλος, ut μικκῦλος, ἐρωτῦλος, &c. Et Adjectivis quamplurimis in υνος, & υρος, ut γηθοσῦνος, πιθῦνος, μινῦρος, βλοσῦρος; &c. Excipe οἴζῠρος, οχῦρος, & ſi qua alia. Et in verbalibus in υσις, ut λῦσις, φῦσις, &c. Producitur autem in υμα, υμος, υτηρ, υτωρ, ut λῦμα, χῦμος, ρῦτωρ, μηνῦτωρ, &c. plerumque etiam in υτος, υτης, & υτις, ut Κωκῦτος, ατρῦτος, ρῦτος, ρῦτις, πρεσβῦτης, πρεσβῦτις, &c. Excipias quædam a præteritis deducta, ut λῦτος, δῦτος, (unde αδῦτον), θῦτος, φῦτος, & ſimilia, cum compoſitis.

C A P. VI.

Ancipitum Quantitas in ultimis Syllabis.

A Finita corripiuntur, ut, μοῖρᾰ, τραπεζᾰ, ἰνᾰ, τετῦφᾰ, τυψασᾰ. — Excipe

1. A purum, ut Αθηναᾱ, θεᾱ, φιλιᾱ, σικυᾱ, σεληναιᾱ, προφητειᾱ; præter verbalia in τεια, ut, ψαλτειᾰ; & quæ manant ab adjectivis in ης, ut, αληθειᾰ; item feminina ιερειᾰ, αγγελιειᾰ — Muſ. 31. — Apoll. 4. 1217. & nomina urbium, quæ a viris illuſtribus appellationem habeant, ut, Αντιοχειᾰ, ſic & Βατιειᾰ, nomen Collis; Κωδειᾰ, *caput*; ναπειᾰ, *ſinapi*.
2. Doricum α pro η vel ε, ut, φαμᾱ, Αιναᾱ.
3. Deſinentia in δα, ut Βασιλινδᾱ, Ληδᾱ; in θα, ut Σιμαιθᾱ, præter ηλιθᾰ; in ρα, (non præcedente diphthongo) ut καρᾱ, πηρᾱ, χαρᾱ, præter αγχυρᾰ, γεφυρᾰ, ολυρᾰ, Κορκυρᾰ; & quæ habent alteram conſonantem cum ρ, ut, αγρᾱ, πετρᾱ, αχετρᾱ, φαιδρᾱ, præter σκολοπενδρᾰ, τανaγρᾰ: Excipe etiam aor. 1. & præter. m. verborum in ρω, ut, διεφθειρᾰ, διεφθορᾰ; εσπειρᾰ, πεπορᾰ.
4. Omnia feminina ab adjectivis in ος, præter διᾰ, ποτνιᾰ, ιᾰ, & μιᾰ.
5. Dualia in α primæ, & ſecundæ declinationis, Αινειᾱ, Μουσᾱ; item κολλᾱ, cum compoſitis, & vocativos poeticos, ut Πολυδαμᾱ, Λαοδαμᾱ.

Αν finita corripiuntur, ut ᾰν, παμπᾰν, Αιᾰν, μελᾰν, ποιησᾰν, &c. Phocylides v. 35. produxit εωσαν, ut

Εωσᾱν ὁμοτιμοι — Sed licenter, ob Cæſuram, aut vo-

vocalem aſpiratam in voce proxima ſequentem — Vid. Cler. ad Il. α. 51.

Excipe maſculina in αν, ut Τιτᾶν, & Πᾶν, niſi in compoſitis; Accuſativos etiam primæ & ſecundæ declinationis, nominum ſcilicet, quæ habent longam in recto, ut Αινειᾶν, φιλιᾶν. Sed ποτνιαν, ευζαν, &c. ultimam brevem habent, quia itidem rectum ſequuntur. — Hom. V. 124. — Il. ρ. 381.

—— Κωδειαν ανασχων. Il. ξ. 499.

Αχρειον μεταυδιαν εμειρετο — B. 69.

Item excipe adverbia, ut αγᾶν, λιᾶν, περᾶν; ſed ὀπᾶν breve eſt.

Αρ finita corripiuntur, ut, αυτᾰρ, ονᾰρ, νεκτᾰρ, μακᾰρ; præter monoſyllaba κᾶρ, & ψᾶρ.

Ας finita producuntur, ut Αινειᾶς, ιμᾶς, Μυσᾶς, τυψᾶς, — præter nomina impariſyllabice inflexa, quæ non formant genitivum in αντος, ut μελᾰς, μεγᾰς, λαμπᾰς, σελᾰς; & accuſativos plurales quintæ ſimplicium, ut Τιτανᾰς, τυπτοντᾰς; item adverbia, ut ατρεμας, αγκας. — Nec non in ſecundis aoriſti primi & præteriti activorum, & præteriti m. corripitur, ut ετυψᾰς, τετυφᾰς, τετυπᾰς.

Ι finita brevia ſunt, ut ιφῐ, ὀτῐ, μελῐ, τυπτυσῐ, Αιαντῐ, τιθημῐ; præter contracta, ut σιναπῑ; & adverbia, ſeu pronomina, aucta per Paragogen, ut νυνῑ, ουτοσῑ; & Atticum ι, ut οδῑ, δευρῑ, ταυτῑ; item, χρῑ, & nomina literarum, ξῑ, πῑ.

Adverbia in τι tutius ſemper corripiuntur, ut,

—— μεγας μεγαλωστῐ τανυσθεις. Il. σ. 26.

Sic μελεϊστι — Il. ω. 409. — Πελοποννασιστῐ, Theocr. 5. 92. — αμογητῐ — Call. 3. 25., &c. Licet producatur αφρικτῑ. Call. 3. 65. — εγρηγορτῑ. Il. κ. 182. — ανιδρωτῑ. Il. ο. 228. — αναιμωτῑ. Il. ρ. 363. Verumtamen in omnibus hiſce locis τι Cæſura eſt.

Ιν finita brevia ſunt, ut τυπτυσιν, εριν, παλῐν. Excipe ιν, ινος, ut ρηγμιν, & nomina dicatalecta, ut ῑν, ρῑν, λῑν, ακτῑν, δελφῑν. — Producuntur etiam ἡμῖν, ὑμῖν; ſed ἡμιν, vel ἡμιν, αμμιν, ὑμιν, ὑμμιν Poetice, & Æolice brevia ſunt.

Ις finita brevia ſunt, ut τρεῖς, πολῐς, τυραννῐς. — Excipe,

1. Nomina monoſyllaba (præter τις indefinitum) & dicatalecta, ῑς, ρῑς, λῑς, ακτῑς, δελφῑς; excipe etiam no-

nominativum pluralem Ionice contractum, *αἱ πολῖς*. (Labb. p. 50.) — Communia dicuntur eſſe *Αχεις*, *Περσις*, *νεβεις*. — *Πατεις* vero plerumque breve,

—— *και πατεις αρυραι*. Odyſ. α. 407.

2. Diſyllaba feminina in *ις*, *ιδος*, & *ιθος*: ut *αρπῖς*, *αψῖς*, *βαλβῖς*, *κλνῖς*, *κνημῖς*, &c.
3. Hyperdiſyllaba, cum duabus brevibus ante ultimam, ut, *βατραχῖς*, *καλαμῖς*, *κανονῖς*, *κεραῖς*, *πλοκαμῖς*, *ραφανῖς*.

Υ finita corripiuntur, ut *σῠ*, *γονῠ*, *γλυκῠ*, *δακρῠ*.

Excipe tertias perſonas ſingulares quartæ conjugationis in *μι*, in imperfecto, ut *εδῡ*, *εφῡ*, *ζευγνῡ*, *δαινῡ*. — Item nomina literarum *μῡ*, *νῡ*; & adverbia fictitia, *ῡ*, & *γρῡ*. Quidam tradunt adverbia finita in *υ* corripi, excepto *αντικρυ*. — Sed & hoc corripitur:

—— *θεοῖς αντικρῠ μαχεσθαι*. Il. ε. 819.

Nec productum legitur, niſi cum forte Cæſuram patitur, ut,

Αλλα καταντικρυ τεγεος πεσεν — Odyſ. κ. 559.

Υν finita brevia ſunt, ut *σῠν*, *πολῠν*, *βραδῠν*; præter *νῡν*, *μῡν*, & quæ *υς* in nominativo habent longam, ut *ιλῡν*, *ιχθῡν*, *κλιτῡν*; & dicatalecta, ut *φορκῡν*; vel *υν*, *υνος*, ut *μοσσῡν*; primas etiam perſonas verborum in *μι*, ut *ζευγνῡν*, *εφῡν*. Sed neutrum *ζευγνὺν* breviatur, quemadmodum & cetera omnia neutra participiorum. (Labbæus p. 68.) & ſic *εφῠν* in tertia plurali Bæotice pro *εφυσαν*.

Υρ finita producuntur, ut *πῡρ*, *μαρτῡρ*, *ψιφῡρ*.

Υς finita corripiuntur, ut *βαθῠς*, *κορῠς*, *πηχῠς*, *αδακρῠς*.

Excipe, quæ declinantur per *ος* purum, ut *ιλῡς*, *ιχθῡς*, *αρκῡς*, *αχλῡς*, *νηδῡς*, *οφρῡς*; & dicatalecta, ut *φορκῡς*; item monoſyllaba, ut *μῡς*, *σῡς*; & participia quartæ in *μι*, ut *ζευγνῡς*.

F I N I S.

ERRATA		CORRIGE.
	Αὐτολεξὶ	Αὐτολεξεὶ
Pag. 2.	Abidi	Abydi
Pag. 15.	Αλύης	Αλύεις
Pag. 27.	πελέχῳ	πελέκκῳ
Pag. 43.	Ασῖνης	Ασῖνης
Pag. 50.	Iſthmum Corinth.	Iſthmus Corinth.
Pag. 57.	Thryni	Thyni
Pag. 79.	Διπνῖτις	Δειπνῖτις
Pag. 112.	Ἰθυντὴρ	Ἰθυντὴρ
Pag. 131.	Κῖνῦρα	Κίνῦρα
Pag. 137.	πύρ	πῦρ
Pag. 206.	πνῖγεὺς·	πνῖγεὺς
Pag. 207.	πνῖγηρὸς, πνῖγώδης	πνῖγηρὸς, πνῖγώδης
Pag. 228.	229. Ρῦπαίνω, Ρῦπαρία, Ρῦπαρὸς, &c.	Ρῦπαίνω, Ρῦπαρία, &c.
Pag. 239.	Σ῀ρος	Σῖρος
Pag. 242.	Σκῦτάλν	Σκῦτάλη
Pag. 244	Σταμῖνις	Στάμῖνες
Pag. 281.	μύθον	μῦθον

Digitized by Google

((56?2403

Digitized by Google

Digitized by Google